Universitätsbibliothek Paderborn

# Sylva Cogitationum Sacrarum Pro Cathedra Seu Conceptus Prædicabiles

Ex Præstantissimis Authoribus collecti ; Et In tres Classes divisi

Complectens Dies Festos Per Annum

**Höger, Franz**

**Ingolstadij, 1726**

**VD18 90197097**

urn:nbn:de:hbz:466:1-53072

Visual Library

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Th. 3133.

H. I. 6.
7.

H

242

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# SYLVA
## COGITATIONUM
## SACRARUM
*PRO*
## CATHEDRA.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# SYLVA
# COGITATIONUM
## SACRARUM
*PRO*
## CATHEDRA
*SEU*
## CONCEPTUS
## PRÆDICABILES
Ex
Præſtantiſsimis Authoribus collecti.
Et
In tres Claſſes diviſi
*STUDIO ET OPERA*
**P. FRANCISCI HÖGER**
E SOC. JESU
*Cum Facultate Superiorum.*
Sumptibus Joan. Andreæ de la Haye
Bibliopolæ Academici Ingolſtadij 1726.

Typis Monacenſibus Mariæ Magdalenæ Riedlin
Viduæ.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# PARS SECUNDA
## COMPLECTENS
# DIES FESTOS
PER
*ANNUM.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# FESTUM CIRCUMCISION.

THESIS I. *Ut circumcideretur Puer.* Luc. 2. v. 21. Triplex eſt circumciſio Spiritualis. I. Prima fit gladio, ſeu *cultro Pœnitentiæ* abſcindendo peccata. II. Secunda fit *cultro Meditationis*, abſcindendo omnes affectus ad peccatum. III. Tertia fit *cultro Mortificationis*, tollendo omnes motus inordinatos carnis noſtræ. *La Selve.* *Circumciſio.*

THESIS II. *Ut circumcideretur Puer.* Luc. 2. v. 21. Tria nobis dona, eáque diverſa, JESUS ſuâ Circumciſione confert: I. *Sanguinem* nobis ſuum offert ad lavanda noſtra peccata præterita. II. *Sacrificium honoris ſui* nobis porrigit ad curandam noſtram ſuperbiam. III. *Nomen* ſuum nobis donat tanquam clypeum fortitudinis in infirmitate noſtra. *Biroat.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Nomen JESUS.*

THESIS III. *Nomen ejus JESUS.* Luc. 2. v. 21. Nomen JESUS I. Conſolatur afflictos. II. Armat adversùs pericula. III. Sedat paſſiones, & tentationes. IV. Pellit malignos Spiritus. *Faber hîc Conc. 6.*

THESIS IV. *Ut portet Nomen meum.* Act. 9. v. 15. Ita Sanctus Paulus portavit in corde, in fronte, in ore, in manu, in calamo, in toto corpore. *S. Thom. Aquin. Serm. 1. in Converſione S. Pauli.* In *Corde*, ut S. Ignatius Martyr; in *Fronte*, ut Chriſtus apud S. Edmundum; in *Ore*, ut caput abſciſſum S. Pauli; in *Manu*, ut S. Ignatius Loyola; in *Calamo*, ut S. Bernardinus Sen. in toto *Corpore* &c. ut Sponſa in Cantic.

THESIS V. *Nomen ejus JESUS.* Luc. 2. v. 21. Hoc nomen Lux, Cibus, & Medicina eſt: *Lucet* prædicatū, *Paſcit* recogitatum, invocatum *Lenit*, & ungit. *S. Bern. in Cantic. Serm. 15.* Verùm: Nemo ſibi de vocabulo blandiatur, ſi vult ſibi prodeſſe Nomen Domini; recedat ab iniquitate, qui invocat Nomen Domini. *S. Aug. Serm. 11. in Matth.*

THE-

THESIS VI. *Oleum effuſum Nomen tuum.* Cant. 1. v. 2. I. JESUS non ampliùs JESUS eſt, ſi ab ipſo ſeparas *Miſericordiam.* II. JESUS non eſt ampliùs Salvator, ſi deponit ſuum erga Peccatores *Amorem.* *Craſſet in Conſid.* *Effectus ejus.*

THESIS VII. *Vocatum eſt Nomen ejus JESUS.* Luc. 2. v. 21. I. Nomen JESUS eſt Nomen *Majeſtatis*, ac propterea adoratur in Cœlo. II. Eſt Nomen *Bonitatis*, ac propterea amatur in Terris. III. Eſt Nomen *Poteſtatis*, ac propterea timetur in Inferno. *Id. 1. Jan.* *Virtus ejus.*

THESIS VIII. *Vocavit adversùm me tempus.* Thren. 1. v. 15. Scilicet Dies, Hebdomadas, Menſes, Annos; quid hi coram Judice contra nos aliquando loquentur? *Adduxiſti tempus annorum tuorum. Ezech.* 22. *Aſcendent ab anno in annum. Zach.* 14. v. 16. *Hoc anno morieris. Jerem.* 28. *Anni Impiorum breviabuntur. Eccl.* 10. *Tempus.*

THESIS IX. *Redimentes tempus.* Epheſ. 5. v. 16. I. Chriſtianus debet reſpicere *Tempus Præteritum*, ut redimat, conſiderando ut beneficium Dei

no-

nobis benignè collatum, & à nobis malè contra Benefactorem impenſum. II. Chriſtianus debet providere *Tempus futurum*, ut prævertat, conſiderando media, quæ Deus nobis offert, ad procurandam felicem, & ad evitandam infelicem æternitatem.

*Novus annus.* THESIS X. *Dum tempus habemus*, Galat. 6. v. 10. I. *Depravatur* tempus, malè agendo, nihil agendo, aliud agendo. II. *Reparatur* tempus, pœnitentiam agendo, virtuti ſtudendo, Deo & cœlo vivendo.

THESIS XI. *Ecce nova facio omnia.* Apoc. 21. v. 5. Novus annus, nova vita: verùm multi vivunt vitam antiquam in novo anno: Non ſic: *Recedant vetera, Nova ſint omnia.* I. Corda, II. Voces. III. Et Opera. *S. Thom.*

# FESTUM EPIPHANIÆ.

*Fides.* THESIS I. *Ecce Magi ab Oriente venerunt*

*nerunt Hieroſolymam.* Matth. 2. v. 1. Examinemus *Fidem* horum Magorum in *Suſceptione* itineris, in *Continuatione*, & in *Perfectione*. I. *In Principio* eam commendat promptitudo ad ſequendam Stellam vocantem, ſeu Cœli vocationem; animus generoſus ad vincendum omnes viæ difficultates &c. II. *In Proſecutione* eam commendat conſtantia, quando Stella diſparuit; prudentia, interrogando Legis Doctores, ubi eſt, qui natus eſt &c. III. *In Perfectione* eam commendat Agnitio Infantis pro Supremo Domino, non obſtante miſerabili ſtatu; offerendo dona myſterioſa in teſtimonium, Divinitatis, Humanitatis, & ſummæ Authoritatis ſeu ſupremi Dominii. *P. Bourdaloüe.*

THESIS II. *Ubi eſt, qui natus eſt?* Matth. 2. v. 2. Quærendus eſt Dominus I. *Auro* Dilectionis. II. *Thure* Orationis. III. *Myrrha* Contritionis. *S. Bonav. Dom. infra Octav. Epiph. ſerm. 6.*

THESIS III. *Vidimus enim Stellam ejus.* Matth. 2. v. 2. Aſtrologia Judiciaria I. eſt Temeraria II. Eſt Stulta. III. Eſt Impia. IV. Eſt Exitioſa. *Superſtitio.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſa. V. Eſt Doloſa. *Faber in Auctario Feſt. S. Michaëlis them. 4.*

THESIS IV. *Procidentes adoraverunt eum.* Matth. 2. v. 11. Hodie triumphat Chriſtus I. de *Idololatria*, quia Reges Magi in ipſum credunt. II. De *Mundi Sapientia*, quia Reges Magi ad ipſum vadunt. III. De *Regia Majeſtate*, quia Reges Magi coram illo procidunt. *La Selve.*

*Rex.* THESIS V. *Ubi eſt, qui natus eſt Rex?* Matth. 2. v. 2. Sunt autem Regum quatuor genera; Reges gentium, Reges animarum, Reges tenebrarum, Reges Corporum. I. *Reges Gentium* ſunt iſti terreni, de quibus Dominus in Evangelio: *Reges gentium dominantur eorum.* Luc. 22. II. *Reges Tenebrarum* dæmones ſunt, de quibus Apoſtolus: *Non eſt vobis colluctatio adversùs carnem, & ſanguinem, ſed adversùs Principes tenebrarum. Epheſ. 6.* III. *Reges Animarum* ſunt Sacerdotes, de quibus ſcriptum eſt *Regale Sacerdotium*, item *dum diſcernit cœleſtis ſuper eam Reges, dealbabuntur in Selmon. Pſ. 67.* *Reges Corporum* ſunt Animæ, unde Salomon: *Cor Regum in manu Dei eſt.* Prov. 21. Animarum ſcilicet,

licet, quæ corpora ſua regunt. *Petrus Bleßenſ. ſerm. 41. in Synodo.* His omnibus ſupereminet Rex Regum, ſcilicet Deus.

THESIS VI. *Ecce Magi.* Matth. 2. v. 1. I. Magi Chriſtum *Agnoſcunt* in Oriente, unde proficiſcuntur. II. Chriſtum *Prædicant* in urbe Jeroſolyma, quà tranſeunt. III. Chriſtum *Honorant* in Spelunca Bethlemitica, in quam ingrediuntur. *La Selve.* *Virtutes Regum.*

THESIS VII. *Ecce Stella.* Olim in libris Aſteriſcus, ſeu figura Stellæ apponebatur ad indicandum vel Verbum elegans, vel Sententiam notabilem, vel Eruditionem ſingularem: Ecce Stella, I. Quæ in Stabulo ſignat Verbum magnum, ſcilicet *Verbum Divinum.* II. Illuſtrem Sententiam: *Niſi efficiamini ſicut Parvulus iſte* &c. III. Eruditionem ſingularem, ſcilicet: *Originem Converſionis noſtræ.* *Stella ſignificans.*

THESIS VIII. *Procidentes adoraverunt eum.* Matth. 2. v. 11. Chriſtus manifeſtavit Regni ſui potentiam in tribus diverſis Aulis. I. In *Aula Magorum*, quando illam deſerunt, ſe *Chriſtus Rex.*

dan-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dantes itineri, ut adorent eum in Præſepio. II. In *Aula Herodis*, ubi de Nato Rege inquirunt, non ſine turbatione illius aulæ. III. In *Aula ſua propria*, ubi à procidentibus Regibus adoratur, & imperium ſuum triplex in eorum *Animam* per fidem, in eorum *Corpus* per genuflexionem, in eorum *Bona* per oblationem munerum exercet. *Aula Stabulum, thronus præſepium. S. Bern. Incurvati ſunt colles Mundi Habac.* 3. Atque ita Chriſtus oſtendit ſuam in Reges poteſtatem. Quis eſt iſte Rex tam parvus, tam magnus? nondum in terris loquitur, & in cœlis edicta proponit. *S. Aug. Biroat. Ord. Cluniac.*

THESIS IX. *Intrantes domum, invenerunt Puerum.* Matth. 2. v. 11. Magi admirati ſunt, & reveriti tres in Divino Infante conjunctiones, quas Chriſtiani quoque reſpicere deberent in Sanctiſſima Euchariſtia. I. *Obſcuritatem* ſuam cum tanto Splendore. II. *Parvitatem* ſuam cum tanta Magnitudine. III. *Paupertatem* ſuam cum tantis Divitijs. *Id.*

*Munus.* THESIS X. *Obtulerunt ei munera.* Matth. 2. v. 11. I. Datur Munus à *Ma-*

*Manu.* II. Munus à *Lingua.* III. Munus ab *Obſequio.* *S. Thom.* 2. 2. q. 78. art. 2. ad 3.

THESIS XI. *Ecce Magi.* Matth. 2. v. 1. Varia ſunt divinationum genera. I. Ex Aſtris. II. Ex Elementis. III. Ex Phyſiognomia. IV. Ex Somnijs. V. Ex Oraculis. VI. Ex Sortibus. *Faber hìc Conc.* 6. *Divinatio.*

THESIS XII. *Ecce Stella, quam viderant.* Matth. 2. v. 9. Tria ſunt genera Planetarum, nam qui dominatur, vel eſt directus, vel retrogradus, vel ſtationarius, ſic dictus, quòd non moveatur. I. Stella hæc in itinere *Directa* fuit Magis, utpote quæ illos directè ad Chriſtum duxit II. In Aula Herodis fuit *Retrograda*, quia Magis ſe ſubtraxit. III. In Stabulo fuit *Stationaria*, usque dum veniens ſtaret ſupra, ubi erat Puer. *Quoad genera planetarum lege ſis Juſtin. Miechovienſ. ſuper Litan. Diſcurſ.* 77. *fol.* 199. *col.* 1. *n.* 8. *Stella.*

THESIS XIII. *Renunciate mihi, ut & ego veniens adorem eum.* Matth. 2. v. 8. Qui cautè peccat, flagitioſorũ peſſimus. Tales ſæpe ſunt I. *Luxurioſi*, *Peccator.*

qui

qui ſtudent, quomodo ſeducant Virginem. II. *Homicidæ conducti*, qui clàm inſidiantur vitæ alterius. III. *Hypocritæ*, qui ſe ſimulant eſſe bonos.

*Cultus publicus.* THESIS XIV. *Ecce Magi ab Oriente venerunt Jeroſolymam.* Matth. 2. v. 1. Cur trium Regum, non item trium Paſtorum colimus Feſtum, & Sanctos invocamus? Nempe Religio, quæ delituit, latet; quæ patuit, proſtat: Suam enim erga Deum reverentiam coram Regibus, & Scribis, & Hieroſolyma univerſa teſtati ſunt Magi; Paſtores clàm, & in nocte poſitum in Præſepio venerati ſunt JESUM. *Joan. Paul. Oliva Stromat. l.* 1. *in verba: Apparuit Gratia Tit.* 2. *fol.* 15. *col.* 2. *in fine.*

*Nobilis.* THESIS XV. *Ecce Magi.* Matth. 2. v. 1. Reflectamus hodie animum ad tria obligationum momenta, quæ Nobiles hujus Mundi erga Deum, Proximum, & Seipſos habent. I. Erga *Deum*, ut ſe humilient. II. Erga *Proximum*, ut eum ædificent. III. Erga *Se*, ut merita acquirant. *Diotallevi S. J. de Beneficijs Conſid.* 19.

*Humilitas.* THESIS XVI. *Obtulerunt ei munera.* Matth. 2. v. 11. Scilicèt Aurum,

rum, Thus,& Myrrham: en Providentiam Dei! I. Chriſtus elegit extremam *Paupertatem*; Pater cœleſtis ei ſubmittit *Aurum*. II. Chriſtus elegit *Stabulum vile*, & Præſepe animalium; Pater cœleſtis eum *Thure* donat, ſigno Divinitatis, quo eum Reges, ut Deum, honorant. III. Chriſtus *Mortale Corpus* miſeriis obnoxium induit; Pater cœleſtis *Myrrham* per manus Regum offert, quæ corpus incorruptum ſervat. Quaſi certarent Pater & Filius; hic humilitate, ille exaltatione. *Camillus Hectoreus S. J. Med. 2. pro 5. die Exercit.*

*Lingua rectè loquens.*

THESIS XVII. *Vidimus enim Stellam ejus, & venimus adorare eum.* Matth. 2. v. 2. Petrus Faber primogenitus S. Ignatij filius (teſte Ludovico Gonſalvio) dividere ſolitus eſt verba I. In *Verba Verborum*. II. *Verba Cogitationum*. III. *Verba Factorum*. Verbis Cogitationum utitur *Vaniloquus*, veluti Phariſæus: *Non ſum, ſicut cæteri hominum* &c. Verbis Verbornm utitur *Falſiloquus*, veluti Herodes: *Ut & ego veniens adorem eum.* Verbis Factorum utitur *Veriloquus*, veluti tres Magi: *Vidimus Stellam ejus, & venimus adorare eum.*

FE-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# FESTUM PURIFICATION.

*Chriſti bajuli.* THESIS I. *Accepit eum in ulnas ſuas.* Luc. 2. v. 28. Tres leguntur Dominum portâſſe. I. Virgo in utero. II. Simeon in ulnis. III. Joſeph in humeris. *Petr. Bleſſenſ. ſerm. 9. de Purific.*

*Sacrificiũ.* THESIS II. *Tulerunt illum in Jeruſalem.* Luc. 2 v. 22. Hodie in Templo Jeroſolymitano Chriſtus, Maria, & Simeon ſacrificant. I. Sacrificium Chriſti innuitur per hæc verba. *Ut ſiſterent eum Domino.* Illud erit Sacrificium Veſpertinum, iſtud eſt Matutinum. *S. Bern. Serm. 3. de Purific.* II. Sacrificium MARIÆ. Sacrificium maximum Humilitas eſt, hoc Sacrificium multò melius eſt, quàm Judæorum. *S. Chryſoſt. Hom. 2. in Pſ. 50.* III. Sacrificium Simeonis, qui ſacrificat vitam ſuam: *Nunc dimittis* &c. Naturale nobis eſt velle vivere. *S. Aug. l. 2. ad litt. c. 27. La Selve.*

THE-

THESIS III. *Poſtquam impleti ſunt dies.* Luc. 2. v. 22. Tria Feſta ſunt, quibus à Sacerdote res benedictas populus Chriſtianus accipit, & domum refert ab Eccleſia. I. Cinerum dies. II. Dies Palmarum. III. Hodiernus dies. In primo *Cineres* benedictos pro mortis memoria; in ſecundo *Ramum* pro memoria victoriæ, quam à devicto mundo debemus reportare; in tertio *Cereum* tanquam Symbolum Fidei noſtræ, & Amoris ſemper ardentis erga Deum. *Vide Fullonium in lib. Machab. in Indice Concionat. hoc feſto.* *Candela.*

THESIS IV. *Nunc dimittis Servum tuum.* Luc. 2. v. 29. I. Quidam volunt mori ante tempus, & in tempore deſtinato nolunt. II. Quidam nolunt mori ante tempus ſuum, & cùm tempus ſuum advenerit, toto animo volunt. III. Quidam optant nunquam mori, & cùm neceſſe eſt, pro viribus reluctantur. *Mors.*

THESIS V. *Poſtquam impleti ſunt dies.* Luc. 2. v. 22. I. MARIA in Purificatione ſua omnium Creaturarum fideliſſimam in obſequio Divino ſe oſtendit. II. MARIA in Purificatione *Virtutes MARIÆ.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſua ſe Virginum perfectiſſimam demonſtrat. III. MARIA in Purificatione ſua omnium Matrum ſe generoſiſſimam probat. *Diction. Apoſt. verbo Purificatio.*

*Templum.* THESIS VI. *Venit in Spiritu in Templum.* Luc. 2. v. 27. I. Quando accedimus ad Templum, debemus *Venire in Spiritu*, ſicut Simeon. II. Quando intramus templum, debemus *Obliviſci dignitatis* noſtræ, ſicuti MARIA. III. Quando ſumus in templo, debemus *nos Redimere*, ſicut JESUS. *Id ibid.*

THESIS VII. *Ut ſiſterent eum Domino.* Luc. 2. v. 22. I. Oportet apparere coram Domino, ſicuti MARIA, quæ nos docet inſtituere Purificationem, quâ nos verè indigemus. II. Oportet ſe ſiſtere Deo, ſicut JESUS, per Sacrificium & omnimodam Oblationem. III. Oportet exſpectare Gratiam Dei, ſicut Simeon, per impletionem votorum noſtrorum. *Id. ibid.*

THESIS VIII. *Venit ... in templum.* Luc. 2. v. 27. Tria mirabilia ſpectanda ſe offerunt hodie in templo Jeroſolymitano I. Coronata eſt ibi Humilitas, tanquam in Templo *Gloriæ*,

hæc

hæc erat Beatæ Virginis. II. Finitum eſt ibi Bellum, tanquam in Templo *Pacis*, Bellum hoc erat inter Cœlum & terram. III. Immolata eſt ibi Vita, tanquam in Templo *Mortis*, vita hæc eſt Juſtorum, qualis Simeon. Atque ſic Templum habemus Gloriæ, Pacis, & Mortis hodie. *Durand. in Character. Sanct. 2. Febr.*

# FESTUM S. MATHIÆ Ap.

THESIS I. *Cecidit Sors ſuper Mathiam.* Act. 1. v. 26. I. S. Mathias fuit *Apoſtatæ ſubrogatus*, ſcilicet Judæ Iſcarioth. II. Fuit *Juſto prælatus*, ſcilicet Joſeph, qui cognominatus eſt *Juſtus.* III. Fuit *Apoſtolatu dignatus*, & annumeratus eſt *cum undecim Apoſtolis. Viven in Tertull.* *Laus.*

THESIS II. *Cecidit Sors ſuper Mathiam.* Act. 1. v. 26. Judas fuit *Apoſtata*, *Proditor*, & *Prodigus*, ſed Mathias I. Ingreditur domum Chriſti,

quam hic Apoſtata reliquit. II. Recipit favores Chriſti, quos hic Prodigus diſſipavit. III. Pro Chriſto patitur, quem hic Proditor perſecutus eſt. *La Selve tom. 2. de Sanctis.*

*Electio.* THESIS III. *Cecidit Sors ſuper Mathiam.* Act. 1. v. 26. I. Eſt Electio, in qua præſidet *Caro.* II. Eſt Electio, in qua præſidet *Mundus.* III. Eſt Electio, in qua præſidet *Spiritus Sanctus. Diction. Apoſt. verbo Electio.*

THESIS IV. *Dederunt Sortes eis.* Act. 1. v. 26. I. Oportet, ut præmittamus Electioni *Orationem.* II. Oportet Electionem inſtituere cum *Simplicitate.* III. Oportet approbare Electionem cum *Humilitate. Id. ibid.*

*Laus.* THESIS. V. *Cecidit Sors ſuper Mathiam.* Act. 1. v. 26. I. S. Mathias reparat crimen Judæ per ſuam *Innocentiam.* II. Triumphat de Juſtitia Joſeph per ſua *Merita.* III. Extollit Statum Apoſtolorum per ſuam *Virtutem.* An non hoc eſt efferre ſuam Innocentiam, Merita, & Virtutem ad apicem gloriæ, quantum ipſi poſſibile eſt? *Durand in Charact. Sanct.*

THESIS VI. *Cecidit Sors ſuper*

per Mathiam. Act. 1. v. 26. Non ſuper Joſeph, non obſtante, quòd Joſeph Diſcipulus Chriſti, ejus Cognatus, & Juſtus erat; ex quo nos conjectare poſſumus, quòd S. Mathias *præ Diſcipulis* illuſtratus, *præ Cognatis* amatus, *præ Juſtis* gratioſus fuerit.

THESIS VII. *Cecidit Sors.* Act. 1. v. 26. *Varia Divinationum genera vide ſupra feſt. trium Reg. theſ.* 11. *Electio.*

THESIS VIII. *Annumeratus eſt cum undecim Apoſtolis.* Act. 1. v. 26. Refert Clemens Alexandrinus l. 1. Stromat. S. Mathiam crebriùs in ore circumtuliſſe verba ſequentia: *Si Electo vicinus peccavit, peccavit Electus: Nam ſi ſe ita geſſiſſet, ut jubet verbum & ratio, ejus vitam ita vicinus fuißet reveritus, ut non peccâſſet.* Hucusque Apoſtoli verba: ex quibus concluditur I. Quòd Peccatum noſtrum peccatum Proximi eſt. II. Et Peccatum Proximi peccatum noſtrum. III. Atque ſic Peccatum noſtrum duplex. *Peccata aliena.*

THESIS IX. *Dederunt Sortes eis.* Act. 1. v. 26. Quæ Electio bo- *Electio.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

na ſit, *Vide ſupra Part.* 1. *Dom. Quinquageſ. Theſ.* 9.

*Succeſſio.* THESIS X. *Statuerunt duos.* Act. 1. v. 23. Ecce duo pro uno, ita nihil Deo decedit noſtra defectione. I. Sic Homines obtinuerunt locum in cœlo, à quo defecerunt Angeli. II. Sic Gentiles acceperunt locum pro Judæis. III Sic Indiani Idololatræ intraverunt in veram Eccleſiam, à qua exierunt Hæretici. Fruſtra: Locum Cain fratris ſui accipit Seth filius Adam, locum Saulis accipit David; locum Vaſthi accipit Eſther; locum Judæ Mathias.

# FESTUM S. JOSEPHI Nutritij.

*Dignitas.* THESIS I. *Joſeph autem Vir ejus.* Matth. 1. v. 19. I. S. Joſephus cum æterno Patre *Titulum Patris* partitur: qui cum eo Paternam dignitatem, ſingularitatem, charitatem dividit. II. Cum Spiritu Sancto *Dignitatem Sponſi*: Nam ambo Sponſæ Virginita-

rem colunt, ſibi Chriſtum arrogant, Matrem & Filium ſolicitè curant. III. Cum MARIA *Authoritatem & imperium* in Chriſtum; quia eſt æterni Patris Vicarius inſtitutus, locò Spiritûs Sancti ſubſtitutus, Sponſus Virginis conſtitutus. *Vivien in Tertull. Prædic. verbo Feſtivitat. Sacræ.* Huc quadrat: *Nemo natus eſt in terra ſicut Joſeph. Eccl.* 49.

THESIS II. *Joſeph autem Vir ejus.* Matth. 1. v. 19. S. Joſephi excellentia conſideratur I. Ex Statu MARIÆ *Ante Conjugium*, tantæ Virginis præ omnibus electus Sponſus. II. *In Conjugio*, cohabitando, & fruendo illius amabiliſſimâ præſentiâ. III. *Poſt Conjugium*, quia poſtquam ipſi adſtitit in morte, patrocinata eſt illi apud Deum pro augmento illius gloriæ in terris. *Excellentia.*

THESIS III. *Cui Nomen erat Joſeph.* Luc. 1. v. 27. Quàm longè meliùs in S. Joſephum cadunt illa elogia, quibus S. Hieronymus Angelum Bethlemiticum ornat l. 2. ep 3. ad Sabinian. I. Ille Cubiculi MARIÆ *Janitor.* II. Cunarum Chriſti *Cuſtos.* III. Infantis Chriſti *Gerulus.* Quæ omnia *Laus.*

mnia officia ſanctiſſimè præſtitit noſter Joſephus.

THESIS IV. *Accipe Puerum.* Matth. 2. v. 13. Tres leguntur Dominum portâſſe I. Virgo in Utero. II. Simeon in Ulnis. III. Joſeph in Humeris. *Petrus Bleſſenſ. ſerm. 9. de Purific.*

*Tribulatio.* THESIS V. *Cùm eſſet Juſtus.* Matth. 1. v. 19. Ideò neceſſe erat, ut tentatio probaret eum. Ita quoque S. Chryſoſtomus: Tum ex adverſis, tum ex proſperis Juſtorum vitam, quaſi admirabili varietate contexit (Deus,) quod hìc quoque eum feciſſe conſidera; videndo quippe Sanctus Joſeph gravidam Virginem &c. *Vide ſis in Breviario in Octav. SS. Innocent. Noctur. 3.*

*Invocatio S. Joſephi.* THESIS VI. *Ipſum ſolum habet Mater ſua, Pater verò tenerè diligit eum.* Gen. 44. v. 20. Ex quo inferas, ſi quis velit parvulum JESUM habere, eóque delicioſè frui, à Matre MARIA, & à Patre Joſepho illum petat, & obtineat, neceſſe eſſe.

*Laus.* THESIS VII. *Glorificate, & portate Deum.* 1. Cor. 6. v. 20. Triplici modo S. Joſeph portavit Chriſtum.

I. *Corporaliter.* Accipe Puerum . . . & vade in terram Iſraël. II. *Moraliter*, quia Chriſtum aluit, Chriſtúsque potuit dicere ipſi: In te projectus ſum ex utero, de ventre Matris meæ. III. *Spiritualiter*, quia Chriſto ſimillimus caſtitate, obedientia cœca, & perpetua. *Vide Fullonium in lib. Machab. in Indice Concion. fol. 69. col. 1.*

THESIS VIII. *Joſeph autem Vir ejus.* Matth. 1. v. 19. Deus S. Joſephum conſtituit I. Matris ſuæ *Solatium.* II. Suæ Carnis *Nutritium.* III. Denique in terris Magni conſilij *Coadjutorem* fidelissimum. *S. Bern. hom. ſuper Miſſus eſt.* *Officium S. Joſephi.*

THESIS IX. *Joſeph Fili David.* Matth. 1. v. 20. Sicut Laus MARIÆ eſt laus Chriſti Filij ſui, ita laus Joſeph in præconium redundat utriusque JESU & MARIÆ. *Gerſon in ſerm. de Nativ. B. V.* *Laus.*

THESIS X. *Cùm eſſet deſponſata Mater ejus MARIA Joſeph.* Matth. 1. v. 18. Omne Nuptiarum Bonum impletum eſt in Joſeph & MARIA parentibus Chriſti. I. *Proles*: Prolem *Nuptiæ.*

enim cognoſcimus ipſum Dominum JESUM, cujus Pater Putatitius extitit. II. *Fidem*: quia nullum adulterium. III. *Sacramentum*; quia nullum divortium, *S. Aug. l.* 1. *de Nuptijs c.* 11.

*Gratioſus apud Deũ.* THESIS XI. *Iſraël diligebat Joſeph ſuper omnes Filios ſuos.* Gen. 37. v. 3. Favorem, & amorem, quo Deus Amicos ſuos proſequitur, eorúmque magnitudinem, juxta Scripturam, ex triplici genere Beneficiorum, quæ ipſis communicat, deſumimus ac metimur. I. Ex altitudine honorum, quâ eos extollit: Quis quæſo majorem honorem adeptus eſt Sanctorum, quàm S. Joſeph? II. Ex præſtantia virtutum, quibus illos replet: Quis majoribus virtutibus claruit S. Joſepho? III. Ex magnitudine tentationum, quibus illos probat: Nemo aliorum magìs vexatus, & durè tentatus fuit S. Joſepho. O miranda prorſus Joſeph ſublimitas tua! O dignitas incomparabilis, ut Mater Dei, Regina Cœli, Mundi Domina te Dominum non indignum putaverit. *Gerſon ſerm. de Nativ. B. V.* In Joſepho apparuit non parva Divinitas *S. Aug. ſerm.* 15.

25. de Diverſ. Nicolaus de Dijon Capuc. Definit. Generalis ſui Ord. hic.

THESIS XII. *Qui ignorabat Joſeph.* Exod. 1. v. 8. Admirare vitam abſconditam S. Joſeph. I. Incognitus erat in vita ſua Mortali. II. Incognitus erat in vita Gratiæ. III. Incognitus Mundo quoad vitam Gloriæ. Cùm devotio erga hunc Sanctum primis temporibus non ita conſpicua extitit, reſervata poſterioribus Sæculis. Ignorabant ergo Joſeph, vel ſaltem non ita obſervabant priora Sæcula. *Cultus.*

THESIS XIII. *Cùm eſſet deſponſata Mater ejus MARIA Joſeph.* Sancto Joſepho gratiæ agendæ; I. Quòd per ipſum B. V. non ſit lapidata. II. Quòd Chriſtum immaturæ morti ſubtraxerit. III. Quòd Chriſto in ſummis neceſſitatibus ſervierit, & de victu providerit. Quid petat jam Joſephus à Chriſto, & MARIA, & non obtineat? *Beneficia.*

THESIS XIV. *Joſeph autem Vir ejus.* Matth. 1. v. 19. Sanctus Joſeph extitit I. Angelus Cuſtos Reginæ Cœli. II. Defenſor Vitæ, Honoris, & Puritatis ejus.

THE-

*Dignitas.* THESIS XV. *Pater tuus & ego.* Luc. 2. v. 48. Infans JESUS pertinet ad Joſephum. I. Jure Educationis. II. Vinculo Matrimonij cum MARIA. III. Ex Authoritate ſuper Conjugem. IV. Titulo Redemptionis in templo, nutritionis, & procurationis neceſſariorum opere manuum ſuarum, ac labore.

# FESTUM ANNUNCIAT. B. V. MARIÆ.

*Partus Virgineus.* THESIS I. *Ecce concipies in utero, & paries Filium.* Luc. 1. v. 31. I. Si contingat *Deum naſci*, decebat, ut naſcatur ex Virgine. II. Si debebat *Virgo parere*, decebat, ut Deum pareret. Deum enim hujusmodi decebat Nativitas, ut non niſi de Virgine naſceretur: talis congruebat & Virgini Partus, ut non pareret, niſi Deum. *S. Bern. ſerm. 2. Super Miſſus.*

THE-

THESIS II. *Ave gratia plena.* Luc. 1. v. 28. Salutatio hæc I. *Virgini* extitit principium Dignitatis. II. *Hominibus* extitit principium Felicitatis. III. *Dæmonibus* extitit principium Ruinæ. *Diotallevi S. J. feſto Annunc. Part.* I. *Salutatio.*

*Mirabilia.*

THESIS III. *Ecce!* Luc. 1. v. 31. Quocunque hodie me verto, circumdor miris, mirandis, & miraculis. I. Ancilla Regina. II. Virgo gravida. III. Creatura pariens Creatorem. IV. Immenſus Infans. V. Æternus temporaneus. VI. Omnipotens debilis. VII. Verbum mutum. *Id ibid.*

*Feſtum hodiernum.*

THESIS IV. *Ave gratia plena.* Luc. 1. v. 28. I. Hodiernum Feſtum, feſtum eſt *Puritatis* MARIÆ. II. Feſtum *Obedientiæ* MARIÆ. III. Feſtum Virgineæ *Fœcunditatis* MARIÆ. *Diction. Apoſt.*

*Laus.*

THESIS V. *Ave gratia plena.* I. MARIA eſt *Virgo* Divinitus honorata. II. *Sponſa* Divinitus præparata. III. *Mater* Divinitus fœcunda. *Id. ibid.*

THE-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Filij MARIÆ.* THESIS VI. *Ecce filius tuus.* Joan. 19. v. 26. MARIÆ filij triplicis generis ſunt: I. *Spurij*, qui ſe tales nominant, & non ſunt II. *Legitimi*, qui ſunt, & tales eſſe merentur. III. *Legitimati*, qui non merentur, & per Bonitatem Virginis habentur.

THESIS VII. *Ecce Mater tua.* Joan. 19. v. 27. Beata Virgo triplex Mater eſt, utpote cui tres filij fuêre. I. *Naturâ* Chriſtus. II. *Suſceptione* Baptiſta. III. *Adoptione* Evangeliſta. *Fullonius S. J. in Indic. Concionat. ad l. 2. Machab. feſto S. Baptiſtæ.* Addam ego: IV. *Miſericordiâ* Peccator pœnitens.

*Caſtitas.* THESIS VIII. *Quomodo fiet iſtud?* Luc. 1. v. 34. Media conſervandi pudicitiam, MARIA docente, ſunt: I. Amor Solitudinis. II. Humilitas, & Verecundia. III. Taciturnitas. IV. Prudentia. V. Votum, aut firmum propoſitum Virginitatis. *Vide Fabrum hic. Conc. 7.*

*Beneficia.* THESIS IX. *Ecce concipies in utero.* Luc. 1. v. 31. Tria nobis contulit MARIÆ fœcunditas: I. Avertit jugum Captivitatis antiquæ. II. Re-

Remiſit iram Indignationis Divinæ. III. Delevit notam iniquitatis humanæ. *S. Bern. in Sent.*

THESIS X. *Quomodo fiet iſtud?* *Mirabilia.*
Luc. 1. v. 34. Concepit, & Virgo eſt; Generat, & Virgo eſt; Lactat, & Virgo eſt; Virgo prægnans, Virgo pariens, Virgo lactans. *S. Ildephonſ. ſerm.* 3. *de Aſſumpt.*

THESIS XI. *Mater JESU.* Joan. *Maternitas,*
2. v. 3. Maternitas Virginis ſola cauſa eſt omnium Prærogativarum, & quidem I. *In Statu Naturæ* ejus Pulchritudinis, reliquorúmque donorum Naturalium. II. *In Statu Gratiæ*, omnium illius Virtutum, & Poteſtatis ſuæ. III. *In Statu Gloriæ*, Exaltationis ipſius, & Cultûs.

THESIS XII. *Miſſus eſt Angelus Gabriel à Deo.* *Gloria.*
Luc. 1. v. 26. I. Cur Angeli priùs ſe nulli homini ſubmiſerint, cauſa fuit *Perfectio illorum Naturæ*, jam cedunt Virgini, quæ facta eſt Mater Dei, cujus ſunt ſervi ac famuli. II. Altera cauſa fuit *Excellentia Gratiæ illorum*: cedunt Virgini, cujus gratia longè eſt abundantior, gratiâ plena.

III.

III. Tertia cauſa fuit *Unio eorum cum Deo*: cedunt Virgini, cujus unio cum Deo longè major, quia Deus in ipſa eſt, cujus tantùm præſentia Angeli fruuntur. *Durand. in Character. Sanctor.* 25. *Mart.*

*Unio.* THESIS XIII. *Ecce Ancilla Domini, fiat mihi ſecundùm verbum tuum.* Joan. 1. v. 38. Tres ſummè mirabiles Uniones videmus hodie factas fuiſſe in B. V. I. Prima: Unio *Naturæ Divinæ* & *Naturæ Humanæ* tam intima, ut unam facerent Perſonam. II. Unio *Maternitatis* cum *Virginitate*, in qua nec ſimilem viſa eſt, nec habere ſequentem. III. Unio ſupremæ *Charitatis*, & extremæ *Humilitatis*, quam videmus in Virgine factam eſſe. *S. Franc. Saleſius ſerm.* 2. *de Viſitat. B. V.*

*Virtutes MARIÆ.* THESIS XIV. *Ave gratia plena.* Luc. 1. v. 28. MARIA turbata eſt in ſermone Angeli: turbata eſt, ſed non perturbata. I. Quòd turbata eſt, *Verecundiæ* fuit Virginalis. II. Quòd non perturbata, *Fortitudinis*. III. Quòd tacuit, & cogitavit, qualis eſſet iſta Salutatio, *Prudentiæ*. *S. Bern. hom.* 4. *ſuper Miſſus eſt.*

COE-

# COENA DOMINI.

THESIS I. *Cœpit lavare pedes Diſcipulorum.* Joan. 13. v. 5. Tribus propriè cauſis in Miniſterio abluendi pedes humiliavit ſe Dominus. I. Propter Humilitatis exemplum. II. Propter Dilectionis argumentum. III. Et propter Sacramentum. *Petr. Bleſenſ. ſerm.* 17. *in Cœna Dom.* *Ablutio pedum.*

THESIS II. *Cœpit lavare pedes Diſcipulorum.* Joan. 13. v. 5. Chriſtus dejicit ſe I. Uſque ad Hominem. II. Infra Hominem. III. Propter Hominem. *Vivien in Tertull. Prædic. verbo Humilitas. Conc.* 2. *Humilitas.*

THESIS III. *Sciens* JESUS, *quia venit hora ejus, ut tranſeat.* Joan. 13. v. 1. Duo in Chriſto fuerunt ardentiſſimi Affectus *Manendi*, & *Diſcedendi*; his Chriſtus, inſtituendo Sanctiſſimum Sacramentum, etſi contrarijs ſatisfecit, *Manendo* nobiscum in hoc Sacramento, & *Diſcedendo* per mortem. *La Nuza tom.* 4. *hic hom.* 44. §. 6. *n.* 14. *Eucharistia.*

*Memorabilia hujus diei.* THESIS IV. *Hoc facite in meam commemorationem.* 1. Cor. 11. v. 24. Inter dies Memorabiles hæc numeranda venit: I. Propter *Inſtitutionem*, & primam Sumptionẽ SS. *Euchariſtiæ.* II. Propter *Inſtitutionem* Sacrificij *Miſſæ.* III. Propter *Conſecrationem Apoſtolorum* in Sacerdotes; quæ omnia in ultima Cœna à Chriſto facta ſunt.

*Sacramenta.* THESIS V. *In finem dilexit eos.* Joan. 13. v. 1. Dantur Sacramenta, quæ nobis conferunt I. *Nativitatem* glorioſam. II. Quæ nobis conferunt *Vitam* Divinam. III. Quæ nobis conferunt *Mortem* felicem. *Diction. Apoſt.*

*Amor, Humilitas.* THESIS VI. *In finem dilexit eos.* Joan. 13. v. 1. I. Non eſt *Amicitiæ ſignum*, quod Chriſtus non exhibuit hominibus; *Oſculando* denique pedes ſuorum Apoſtolorum. II. Non eſt *Obſequium*, quod Chriſtus non præſtitit hominibus; *Lavando* vel ipſos pedes ſuorum Apoſtolorum; quàm vile ſervitium! III. Non eſt *Submiſſio*, quam Chriſtus non oſtendit reipſa hominibus; *Proſternendo* ſe ad pedes ſuorum Apoſtolorum. *Durand. hic in Character. Sanctorum, part. 2.*

THE-

THESIS VII. *Mittit aquam in pelvim.* Joan. 13. v. 5. Triplex eſt aqua Salvatoris, fratres, I. Aqua Lacrimarum, quando flevit ſuper Lazarum, & ſuper Civitatem. Eſt ergo prima *Aqua Contritionis.* II. Aqua, quam poſuit in pelvim, quando diſcipulorum pedes lavit: atque ita ſecunda, *Confeſſionis.* III. Aqua, quæ de latere ejus emanavit; quæ eſt *Satisfactionis.* *S. Aug. ad Fratres, ſerm. 41. de obſervantia Jejunij Quadrageſ.* *Aqua Salvatoris.*

# PARASCEVE.

THESIS I. *Conſummatum eſt.* Joan. 19. v. 30. In Paſſione Chriſti trina concurrit Conſummatio. I. *Conſummatio Perfidiæ,* & Ingratitudinis, in Juda, Malcho, Populo Judaico. II. *Conſummatio Iniquitatis,* nempe in Barabbæ prælatione, Chriſti flagellatione, Coronatione. III. *Conſummatio Crudelitatis,* quia Chriſtus multatus eſt ſupplicio infami & ignominioſo, crudeli & violento, univerſali & generico. *Vi-* *Conſummatio.*

*vien in Tertull. verbo Chriſtus. Drexel. in Chriſto Reſurg. c. 6. §. 3.*

*Sacrificiū.* THESIS II. *Sacrificium Veſpertinum.* Pſ. 140. v. 2. Homo-Deus in Sacrificio pro Gloria Dei annihilatus oſtendit nobis, quàm Magnus ſit Deus; quid mereatur Deus; & quid pro ejus gloria ſit ſacrificandum. Chriſtus enim I. Sacrificavit *Bona ſua*: cùm Nudus in Cruce mortuus ſit. II. Sacrificavit *Voluptates ſuas*; dolores in ſe ſuſcipiens, & ſupplicia crudeliſſima. III. Sacrificavit *Honorem ſuum*; exponendo ſe opprobrijs, & injurijs maximis. IV. Sacrificavit *Vitam ſuam*; Moriens in Cruce, in patibulo. Potuitne Omnipotentiâ ſuâ Sacrificium majus peragere? *Nepveu in Reflexionib. Chriſtian. Die Paraſcev.*

*Paſſionis Tempus, Locus, Perſona.* THESIS III. *Paſſio Domini noſtri JESU Chriſti.* Eccleſ. I. Paſſio Chriſti *Nocturna*, Paſſio Chriſti *Diurna*. II. Paſſio Chriſti *intra Urbem*, Paſſio Chriſti *extra Urbem*. III. Paſſio Chriſti *in Corpore*, Paſſio Chriſti *in Anima*. Ecce dimenſionem Paſſionis Chriſti ſecundùm *Tempus*, *Locum*, & *Perſonam*.

THE-

THESIS IV. *Dicebant Exceſſum ejus.* Luc. 9. v. 31. Enimverò Paſſio Christi fuit Exceſſus, & quidem triplex. I. Afflictionis. II. Humilitatis. III. Amoris. *Exceſſus.*

THESIS V. *Prædicamus Chriſtum Crucifixum.* I. Cor. 1. v. 23. I. Crucifixus JESUS. II. Crucifixus Mundus. III. Crucifixus Paulus, ſeu Chriſtianus. Ita Chriſtus exaltatus omnia ad ſe in Crucem trahit. *Crucifixus.*

THESIS. VI. *Dolores Inferni circumdederunt me.* Pſ. 17. v. 6. Chriſtus tempore Paſſionis, ſuo modo, & proportione, omnes pœnas ſuſtinuit, quas ſuſtinent Damnati in Inferno. I. Paſſus eſt in corde ſuo *Imaginem Vermis* Conſcientiæ per internos dolores, amore noſtri quos ſubijt. II. Paſſus eſt *Pœnam Senſûs* in toto corpore per tot, & tam diverſa tormenta, & plagas inflictas à tortoribus. III. Paſſus eſt in animo & mente ſua *Pœnam Damni* per derelictionem, & ceſſationem omnis Solatij, quo eum Juſtitia Patris ſui privavit. *Jacobus Biroat Prior Ord. Cluniac. & Concionat. Regis.* *Chriſti Paſſio imago Inferni.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Agon.* THESIS VII. *Factus in Agonia.* Luc. 22. v. 43. Chriſtus in Agonia ſua Agonizanti Chriſtiano tria bona præſtitit. I. Auferendo ab eo Obſtacula, quæ bonam mortem impediunt, ſcilicet peccata &c. II. Merendo ei Gratiam ad bonam mortem neceſſariam. III. Præbendo ei Exemplum ſuum ad bonam mortem oppetendam. *Id.*

*Paſſio Chriſti.* THESIS VIII. *Quæ utilitas in Sanguine meo?* Pſ. 29. v. 10. I. Chriſtus patitur *pro nobis.* II. *à nobis.* III. *in nobis. Stanihurſt. de Paſſione. fol. 5.*

*Paſſio Chriſti.* THESIS IX. *Paſſio Domini noſtri JESU Chriſti.* Eccleſ. Paſſio Chriſti I. Opus ſine Exemplo. II. Gratia ſine Merito. III. Charitas ſine Modo. *S. Bern. in Cantic.*

THESIS X. *Triſtis eſt anima mea usque ad mortem.* Marc. 14. v. 34. I. Colligite ex doloribus internis, quos Chriſtus paſſus eſt *in Monte Oliveti*, quales cor noſtrum pati debeat in ſua Converſione. II. Diſcite ex doloribus externis, quos Chriſtus paſſus eſt *in Civitate Jeruſalem*, id quod Corpus noſtrum

ſtrum pati debeat in ſuſcepta Pœnitentia. III. Inferre ex Morte Chriſti, quam obijt *in Monte Calvariæ*, modum, quo nos Mundo mori, & peccatum in nobis mori oporteat. *Bretteville.*

THESIS XI. *Ego ad Nihilum redactus ſum.* Pſ. 72. v. 22. Quatuor ſpecies Annihilationis in Paſſione Chriſti invenies. I. Prima fuit Privatio omnis *Conſolationis.* II. Jactura omnis *Honoris.* III. Deſtructio totius *Sanitatis* in ſuo Corpore. IV. Extorſio *Vitæ. Id.*

THESIS XII. *Omnes perſecutores ejus apprehenderunt eum inter anguſtias.* Thren. 1. v. 3. Omnia hodie in armis contra JESUM. I. Ipſe contra ſe irritatus per ſuum erga nos Amorem. II. Homines irritati contra eum ſua Crudelitate. III. Æternus Pater irritatus contra eum rigore ſuæ Juſtitiæ. Atque ſic perit Juſtus. *Id.* *Omnia contra Chriſtum.*

THESIS XIII. *Paſſio Domini noſtri JESU Chriſti.* Eccleſ. Triplex nobis hujus Tragœdiæ proſtat Theatrum: I. Chriſtus in theatro Oliveti *Victima Chriſtus.*

eſt *Victima* ſui *Amoris* erga homines. II. In Theatro Hieroſolymæ eſt *Victima* hominum Malitiæ ac *Furoris*. III. In theatro Calvariæ eſt *Victima Juſtitiæ* ſui Patris.

*In Cruce.* THESIS XIV. *Poſuit me quaſi ſignum ad ſagittam.* Thren. 3. v. 12. I. JESUS in Cruce expoſitus *Rigori Cœli*. II. JESUS in Cruce expoſitus *Crudelitati Terræ*. III. JESUS in Cruce expoſitus *Furori Inferni*.

*Sacrificiũ.* THESIS XV. *Sacrificium Veſpertinum.* Pſ. 140. v. 2. Tremenda res, pro Deo in cruce Deus ſacrificatus, ſeu quod idem eſt, annihilatus, univerſaliter conſumptus in Cruce. I. Nam Chriſtus ibi ſacrificavit ſua *Bona* in ſumma Nuditate, rerúmque omnium ſpoliatione pendens. II. Sacrificavit omnes *Delicias*, in ſummis doloribus conſtitutus. III. Sacrificavit omnem *Gloriam* ſuam contumeliis, & ignominijs confectus. IV. Sacrificavit *Vitam* ſuam in cruce expirans. Diſce ex hoc Sacrificio immenſam Peccati gravitatem. *Nepveu. die Paraſcev. vide ſupra Theſ. 2.*

THESIS XVI. *Cauſa tua , quaſi impij, jam judicata eſt, cauſam, judiciúmque recipies.* Job. 36. v. 17. Judex juſtiſſimus à quatuor iniquiſſimis Judicibus judicatus eſt ; & quidem I. ab Anna tanquam *Impoſtor.* II. A Caipha tanquam *Blasphemus.* III. Ab Herode tanquam *Fatuus.* IV. A Pilato tanquam *Seditioſus*, & Rebellis Imperij. Jam Judicium tam impium reſcindetur, & ipſum Judicium judicabitur in favorem Judicati contra iniquos Judices. *Accuſatio falſa.*

THESIS XVII. *Paſſio Domini Noſtri JESU Chriſti.* Eccleſ. Chriſtus tanta paſſus eſt ex triplici cauſa: I. Ad oſtendendam peccati gravitatem. II. Ad reparandum omni modo Dei honorem. III. Ad conciliandum ſibi noſtrum amorem. *Cauſa Paſſionis.*

THEIS XVIII. *Oblatus eſt, quia ipſe voluit.* Iſai. 53. v. 7. Chriſtus à Nemine magis, & plus paſſus eſt, quàm à Seipſo: I. Propter *Reſignationem* factam in Monte Oliveti. II. Propter *Silentium* in Tribunalibus. III. Propter *Negationem Miraculi* coram Herode. IV. Propter *non Deſcenſum* à Cruce. *Ipſe Chriſtus.*

V. Propter *Voluntatem* ſuam ita Moriendi oblatus eſt, quia ipſe voluit.

*Memoria Paſſionis.* THESIS XIX. *Videbunt, in quem transfixerunt.* Joan. 19. v. 37. I. Verus Chriſtianus non poteſt cogitare de Paſſione Domini ſui, quin concipiat horrorem peccatorum, quæ cauſa Mortis tam cruentæ extiterunt. II. Bonus Chriſtianus non poteſt cogitare de Morte Chriſti, quin dolore ſenſibili tangatur. III. Bonus Chriſtianus non poteſt ſenſibili dolore tangi de Morte Chriſti, quin deſideret pati pro Chriſto. *Diction. Apoſt.*

*Fructus.* THESIS XX. *Pro omnibus mortuus eſt.* 2. Cor. 5. v. 15. I. Mors Chriſti exigit à nobis, ut nos peccato moriamur. II. Efficit, ut Gratiæ vivamus. III. Impedit, ne æternùm moriamur. *Id.*

THESIS XXI. *Paſſio Domini Noſtri JESU Chriſti.* Eccleſ. I. *Innocens* à Protectore Innocentiæ condemnatus. II. *Salvator* hominum neceſſarius ab Hominibus crucifixus. III. *Amicus* conſtans à Fideliſſimis ſuis derelictus. *Id.*

THE-

THESIS XXII. *Paſſio Domini noſtri JESU Chriſti.* Eccleſ. I. Chriſtus Paſſionem ſuam *Incepit* actibus Humilitatis, & Obedientiæ. II. Chriſtus Paſſionem ſuam *Continuavit* actibus Zeli, & Manſuetudinis. III. Chriſtus Paſſionem ſuam *Finivit* actibus Fervoris & Charitatis. *Id.* *Virtutes Chriſti.*

THESIS XXIII. *Alios Salvos fecit, ſeipſum non poteſt Salvum facere.* Marc. 15. v. 31. Quatuor genera perſonarum in monte Calvariæ Chriſto illuſerunt. I. *Sacerdotes*, qui ejus Pietati, & Nomini *Filij Dei* inſultârunt. II. *Milites*, qui ejus Potentiæ, & titulo *Regis* illuſerunt. III. *Prætereuntes*, qui ejus miracula, & tanquam falſum *Salvatorem* deriſerunt. IV. *Latrones*, qui ejus Miſeriam, & conditionem *Meſſiæ* traduxerunt. Joan. *Craſſet S. J. in Devotione Calvar. Medit. 9. punct.* 3. *Illuſio Chriſti.*

FE-

# FERIA II. PASCHATIS.

*Deus ſe accommodat nobis.*

THESIS I. *Ipſe ſe finxit longiùs ire.* Luc. 24. v. 28. I. Talis erga nos Deus, quales nos ſumus erga illum; ſic tu nos viſitas, ſicut te colimus. II. Talis nobiscum, quales nos ſumus erga Proximos. *Paciuchelli in Jonam lect. 68. n. 1. & 37.*

*Chriſtus in alijs.*

THESIS II. *Aperti ſunt oculi eorum, & cognoverunt eum.* Luc. 24. v. 31. I. Videtur Chriſtus in Pauperibus. II. In Sacrificio Miſſæ. III. In Oratione. IV. In Superioribus. *Faber. hic Conc. 3.*

*Diverſitas viſionis.*

THESIS III. *Evanuit ex oculis eorum.* Luc. 24. v. 31. Hi duo Diſcipuli in triplici ſtatu multùm differenti exciterunt. I. In primo viderunt Chriſtum oculis ſuis, & non cognoverunt. II. In ſecundo viderunt eum, & cognoverunt. III. In tertio non viderunt ampliùs, & magìs tunc cognove-

runt, quàm cùm viderunt. Ecce in primo hominem in Statu *Peccati*; in ſecundo hominem in ſtatu *Gratiæ*; in tertio hominem in Statu *Magni Meriti*. *De ſe dubitantibus cognitionis ſuæ ſpeciem abſcondit.* S. *Gregor. hom.* 23. *in Evang.*

THESIS IV. *Ipſe evanuit ex oculis eorum.* Luc. 24. v. 31. *Vide superiùs Dom.* 3. *poſt Paſcha. Theſi* 6. *de Abſentia & Præſentia.*

THESIS V. *Sine Parabola autem non loquebatur.* Marc. 4. v. 34. De Parabolis, ſeu de Doctrina Morali ex fabulis legere poteris. *I.* P. Benignum Kübler tom. 1. tract. 5. pag. 879. *II.* De Luſcinia S. Joan. Damaſc. in Vit. Barlaam c. 16. refert illam Menochius Centur. 9. pag. 303. item Cauſinus Aulæ Sanctæ part. 4. l. 6. c. 2. fol. 242. *III.* Fabulam S. Macarij pro iis, qui ſuo ſtatu contenti non ſunt: lege Menoch. Centur. 5. c. 52. *IV.* An in Scriptura ejusmodi reperire ſit? lege Menoch. Centur. 8. c. 28. *V.* Fabulæ ſimilem hiſtoriam de furto narrat Herodotus apud Menochium Centur. 11. c. 62. *VI.* Fabulam de Vulpe volan-

Fabulæ.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

lante contra monitum Senioris. P. Abraham à S. Clara in Juda part. 4. fol. 270. applicari poſſet temerarijs poſt Paſcha, qui ſe jam impeccabiles credunt. *VII.* De glire pergratioſum quid lege Engelgrave Cœl. Empyr. Feſto S. Anton. de Padua. §. 2. *Audite in hoc genere &c.*

*Vita triplex.* THESIS VI. *Dicunt, eum vivere.* Luc. 24. v. 23. De triplici vita Naturali, Civili, Morali. *Vide ſupra Feſto Paſchæ. Theſ.* 9.

*Chriſtus Peregrinus.* THESIS VII. *Tu ſolus Peregrinus es in Jeruſalem.* Luc. 24. v. 18. Chriſtus peregrinus verè mirabilis. I. In *Egreſſu* ſuo à domo Patris. II. In *Converſatione* ſua extra domum Patris. III. In *Regreſſu* ſuo ad domum Patris. *La Selve. in feſto S. Alexij.*

# FERIA III. PASCHATIS.

*Pax.* THESIS I. *Pax vobis.* Luc. 24. v. 36.

36. Ad Pacem provocamur : I. à Mundo *Archetypo*, nam Pax SS. Trinitatem imitatur, in qua eſt Unitas ſine confuſione ; Diſtinctio ſine diviſione ; Concordia ſine diſſenſione. II. à *Magno*, ſeu Univerſo, nam ordinata Univerſi Mundi pulchritudo apparet in Elementis, Cœlis, Angelis. III. à *Microcosmo*, nam membra hominis in eodem corpore adunantur, adjuvantur, conſervantur. *Vivien. in Tertull. Prædic. verbo Pax.*

THESIS II. *Pax, & non eſt Pax.* Ezech. 13. v. 10. Peccator nullibi Pacem invenit : I. Non in *Conſcientia*; quæ ipſum lancinat. II. Non in *Corde*, quod gravatum eſt. III. Non in *Anima*, quæ ſemper timet. IV. Non in *Morte*, quæ janua inferni eſt. V. Non in *Deo*, qui Judex ſeverus imminet. VI. Non in ipſo *Peccato*, quod vix factum diſplicet, & cruciat. *Peccator ſine Pace.*

THESIS III. *Pax vobis.* Luc. 24. v. 36. I. In Cœlo Pax eſt ſine bello. II. In Eccleſia Pax eſt mixta bello. III. In Inferno Bellum eſt ſine Pace. *Pax.*

THESIS IV. *Non eſt Pax impijs.*

Iſai.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Iſai. 57. v. 21. I. Non eſt *in vita.* II. Non eſt *in Morte.* III. Non eſt *poſt Mortem.* *La Selve hîc.*

*Timor.* THESIS V. *Nolite timere.* Varij timores pelluntur: I. Timor Dei *ſervilis.* II. *Mundanus* metuens pœnam præ culpa. III. *Humanus* metuens difficultates. IV. Timor *Nocturnus* Scrupuloſorum. V. *Puerilis* metuens tentationes. VI. *Immoderatus* de temporalibus. VII. *Inſanus* deſperantium. *Faber Feſt. Pentec. Conc.* 6.

*Quinque ſenſus.* THESIS VI. *Gaviſi ſunt ergo Diſcipuli viſo Domino.* Joan. 20. v. 20. Quale gaudium videre Dominum. *Vide ſupra Part.* I. *Dom.* I. *poſt Paſcha. Theſ.* 10.

*Pax vera.* THESIS VII. *Pax vobis.* Luc. 24. v. 36. I. Pax, quam nobis proponit *Evangelium*, non poteſt turbari incertitudine. II. Pax, quam nobis donat *Innocentia*, non poteſt turbari calumnia. III. Pax, quam nobis addicit *Spes*, non poteſt turbari perſecutione. *Diction. Apoſt.*

*Pax triplex.* THESIS VIII. *Pax vobis.* Luc. 24. v. 36. Habete in corde, in ore, &

& opere pacem I. Nam ſi Cain habuiſſet pacem in *Corde*, non irruiſſet in fratrem ſuum. II. Si Abſalom pacem habuiſſet in *Ore*, non impugnâſſet Patrem. III. Si Judas habuiſſet pacem in *Opere*, non fugiſſet ad laqueum. *S. Aug. ad Fratres. ſerm.* 2.

# FESTUM S. GEORGII Mart.

THESIS I. *Fortis eſt ut mors dilectio.* Cant. 8. v. 6. Quando res agitur de Profeſſione Fidei, oportet: I. Ut Fidelis *Loquatur animosè.* II. *Patiatur generosè.* III. *Moriatur ſtrenuè.* Majeſtas Imperatoria non fecit obmuteſcere Georgium; neque tormentorum varietas timorem incuſſit; neque Blanditiæ frangere potuerunt animum, quin nec ipſa Mors crudeliſſima Georgium ſuperare. *Martyrium.*

THESIS II. *Labora ſicut bonus Miles Chriſti.* 2. Tim. 2. v. 3. Miles *Miles.*

Chriſti habere debet *Equum* bonæ voluntatis, *Sellam* humilitatis, *Stapedes* conſtantiæ, *Calcaria* gemini timoris, *Frœnum* temperantiæ, *Clypeum* fidei, *Loricam* Juſtitiæ, *Galeam* ſalutis, *Lanceam* charitatis. *S. Anton. de Padua ſerm. Dom. 21. poſt Trinit.*

*Martyr.* THESIS III. *Viſi ſunt oculis inſipientium mori.* Sap. 2. v. 3. I. Martyres Fortunæ bonis nudantur, & Gratiæ theſauris locupletantur. II. Morte mulctantur, & immortalitate donantur. III. Ignominia dehoneſtantur, & honore decorantur. *Vivien in Tertull. Præd.*

THESIS IV. *Si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt.* 1. Cor. 13. v. 3. I. Sunt Martyres Dei. II. Sunt Martyres Mundi. III. Sunt Martyres Diaboli. Vide Faber hic Conc. 6. & 7. item Vivien in Tertull. Præd. *Martyres Diaboli* ſunt Ethnici, Hæretici, ſceleſti Chriſtiani: *Martyres Sæculi* ſunt, qui patiuntur pro ambitione & ſuperbia, voluptate, & laſcivia, terrena facultate, & opulentia:

*Mar-*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Martyres Dei*, quorum fides inconcuſſa, ſpes ardua, charitas perfecta.

THESIS V. *Chriſto confixus ſum cruci.* Galat. 2. v. 19. I. Chriſtus communicat *Martyrum* Paſſionibus. II. Martyres communicant *Chriſti* Paſſionibus. III. Martyrum Paſſiones eædem velut habentur cum Chriſti Paſſionibus. *Vivien.* *Chriſtus in Martyribus.*

THESIS VI. *Facies coronas, & pones in capite.* Zachar. 6. v. 11. I. Martyres *Chriſtum coronant*, nam Chriſtus vires ſubminiſtrat, in illis pugnat, per illos vincit, & triumphat. II. Martyres *Eccleſiam coronant*, quia Eccleſiam propagârunt, propugnârunt, glorificârunt. III. *Semetipſos coronant*, utpote quibus corona debetur, quia Chriſtus ad eam invitat, tyrannus eam procurat, moriendo gloriam acquirunt. *Id.* *Gloria Martyrũ.*

THESIS VII. *Ut permanerent in Gratia Dei.* Act. 13. v. 23. I. Martyres demonſtrârunt Fidem inconcuſſam. II. Spem arduam. III. Charitatem perfectam. *Id.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

THESIS VIII. *Quid retribuam Domino*? Pſ. 115. v. 12. I. Martyres repenſârunt I. Chriſto Dilectionem pro Dilectione. II. Sanguinem pro Sanguine. III. Cicatricem pro Cicatrice. IV. Mortem pro Morte; quantùm ſcilicet potuerunt, non ad paritatem.

*Martyres hodierni.* THESIS IX. *Perſequentur vos.* Matth. 10. v. 23. I. Sunt Martyres, qui ſub Tyrannis & Barbaris paſſi fuerunt, hi fuerunt Martyres Priórum Temporum. II. Sunt Martyres, qui à Chriſtianis patiuntur, & hi ſunt Martyres Noſtri Temporis, qui æquè, ſi non magìs, ſenſibiliter patiuntur.

# FESTUM SS. Apoſt. PHILIPPI & JACOBI.

*Cœlum.* THESIS I. *In Domo Patris mei.* Joan. 14. v. 2. In cœlo omnia ſumma ſunt, vera ſunt, æterna ſunt. S. Aug.

Aug. in Pſ. 49. Scilicet I. *Summa* in perfectione. II. *Vera* in æſtimatione. III. *Æterna* in duratione. *Vivien in Tertull. Præd.*

THESIS II. *Accipiam vos ad meipſum.* Joan. 14. v. 3. Primum Cognitum Chriſtianæ Philoſophiæ eſt: Scire, quòd terra nobis non conveniat. Hinc tribus modis conſiderari poſſunt homines ſuper terram: I. Sicut *Cives.* II. Sicut *Hoſpites.* III. Sicut *Peregrini*, nunquam verò ut Domeſtici. *Paulus Segneri Manna 25. Jul.* *Terra.*

THESIS III. *In domo Patris mei manſiones multæ ſunt.* Joan. 14. v. 2. Cœlum ingens Solatium I. In Afflictione Animi. II. In Morbo Corporis. III. In Adverſitate & Perſecutione. *Pacuchelli in Jonam Lect. 35.* §. 7. 8. & 9. *Cœlum.*

THESIS IV. *In domo Patris mei.* Joan. 14. v. 2. I. Una ex maximis pœnis Inferni eſt *Cœlum*, ſcilicet amiſſum. Nam ſicut Æger Bonum Sanitatis præ quàm alius agnoſcit; ita Damnatus Cœlũ. Dives Epulo elevans oculos ſuos, cùm eſſet in tormentis, vidit Abraham



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

à longè, & Lazarum in ſinu ejus. Luc. 16. *Cruciabuntur igne, & ſulphure in conſpectu Angelorum Sanctorum, & ante conſpectum Agni.* *Apoc.* 14. Quid, quòd cognoſcunt, Deum cum Sanctis ſuis de illorum pœnis gaudere, & tripudiare propter gloriam inde reſultantem Juſtitiæ Divinæ? Faciebatis malum in oculis meis, & quæ nolui, egiſtis: Ecce! Servi mei comedent, & vos eſurietis: Ecce! Servi mei lætabuntur, & vos confundemini; Ecce! Servi mei laudabunt præ exultatione cordis, & vos clamabitis præ dolore cordis, & præ contritione cordis ululabitis. *Iſai.* 65. II. Unum ex maximis gaudijs Cœli eſt *Infernus*, ſcilicet evitatus: Laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus. Sicut qui, alijs navibus pereuntibus, ſuam navem integram in portum deducit, ex aliorum naufragio ſuam felicitatem æſtimare diſcit.

*Beatitudo.* THESIS V. *In Domo Patris mei*, Joan. 14. v. 2. Beatitudo Sanctorum in cœlo conſiſtit I. In Unione cum Deo. II. In Viſione Dei. III. In Dilectione Dei. Hanc prælibationem Cœli Anima devota ſuo modo habere poteſt in terra.

THE-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

THESIS VI. *Oſtende nobis Patrem, & ſufficit nobis.* Joan. 14. v. 8. Res mira! I. Hominem beare Mundus non ſufficit. II. Hominem beare ſolus Deus ſufficit. III. Et tamen homo ſuam felicitatem potiùs in Mundo deficiente, quàm in Deo ſufficiente quærit. *Vivien in Tertull. Prædic. verbo Beatitudo.* *Beatitudo*

THESIS VII. *In domo Patris mei manſiones multæ ſunt.* Joan. 14. v. 2. I. De Cœlo facilius eſt dicere, quid ibi non ſit, quàm quid ibi ſit: quia nec oculus vidit, nec auris audivit &c. II. De Inferno facilius eſt dicere, quid ibi ſit (ignis, vermis, tenebræ &c.) quàm quid ibi non ſit. *Cœlum. Infernus.*

THESIS VIII. *In domo Patris mei.* Joan. 14. v. 2. Paradiſi bona I. *Magna* ſunt. II. *Pura* ſunt. III. *Æterna* ſunt. *La Selve. Dom. 2. Quadrageſ.* *Cœlum.*

THESIS IX. *In domo Patris mei manſiones multæ ſunt.* Joan. 14. v. 2. Conſideremus Cœlum ſecundùm omnem dimenſionem ſuam, cujus prima eſt I. *Altitudo* Beatitudinis cœleſtis, *Beatitudo.*

quæ conſiſtit in Viſione Dei, Amore,& gaudio inde exiſtente. II. Secunda *Latitudo* Beatitudinis accidentalis. III, Tertia *Longitudo*, quæ conſiſtit in duratione æterna. IV. Quarta *Profundum*, quia merces veſtra copioſa eſt in Cœlis. *Vide Fullonium in Lib. Machab. in Indice Concionat. fol.* 91. *col.* 2.

*Infernus. Purgatorium. Cœlum.*

THESIS X. *Qui videt me, videt & Patrem.* Joan. 14. v. 9. I. Deum cognoſcere, & nec amare, nec poſſidere, conditio Damnatorum eſt. II. Cognoſcere Deum, & amare, nec tamen poſſidere, Status Animarum in Purgatorio eſt. III. Cognoſcere Deum, & amare, & poſſidere, conditio Sanctorum in cœlo eſt.

*Via ad Cœlum.*

THESIS XI. *In domo Patris mei.* Joan. 14. v. 2. I. Paradiſus eſt Locus *Gloriæ*, ad quem acceſſus non eſt, niſi per Humilitatem. II. Locus eſt *Abundantiæ*, quò pertingere non poſſumus, niſi per Amorem Paupertatis. III. Locus *Deliciarum* eſt, ad quem nos ducere debet Pœnitentia. *Diction. Apoſtolic.*

FE-

# FESTUM ASCENS. DOM.

THESIS I. *Aſſumptus eſt.* Act. 1. v. 11. I. Chriſti *Exaltatio* eſt prœmium tantarum Humiliationum. II. Chriſti *Requies* eſt prœmium Laborum ipſius. III. Chriſti *Gaudium* eſt prœmium ſuorum Dolorum. *Aſcenſio Chriſti.*

THESIS II. *Aſſumptus eſt.* Act. 1. v. 11. I. Via, quam Chriſtus arripit ad Cœlum, eum demonſtrat eſſe Dominum *Naturæ.* II. Benedictio, quam Apoſtolis ſuis impertitur in Aſcenſu ſuo ad Cœlum, ipſum demonſtrat eſſe Dominum *Gratiæ.* III. Locus, quem in Cœlo occupat, eum eſſe Dominum *Gloriæ* demonſtrat. *Diction. Apoſtolic.* *Gloria Chriſti.*

THESIS III. *Cúmque intuerentur in Cœlum euntem.* Act. 1. v. 10. Ut quis omnino felicitatem ſuam conſequatur: I. Debet poſſidere Chriſtum, & eum, quò aſcendit, ſequi. II. Ut quis eum poſſideat, & quò abijt, ſequa- *Imitatio Chriſti.*

tur, oportet eum ſequi, & tenere veſtigia ejus. III. Ut quis eum ſequatur, premátque veſtigia, neceſſe eſt, ut abneget ſemetipſum, & portet crucem ſuam.

*Gloria Chriſti.* THESIS IV. *Videntibus illis elevatus eſt.* Act. 1. v. 9. Perpendamus nobiscum: I. Quomodo in cœlum *Aſcendat*, & timeamus; *Sic veniet* &c. II. Conſideremus, quomodo in cœlum *Intret*, & miremur. III. Videamus, quomodo in cœlo *Sedeat*, & deſideremus. *La Selve. tom. 2. de Sanct.*

*Amor erga Chriſtū.* THESIS V. *Nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum.* Act. 1. v. 9. Hic dies probat, ſi Chriſtum amaverimus; nam tria ſunt ſigna exigui Amoris: I. Separatio facilis ab Amato. II. Oblivio ſtabilis Amati. III. Adhæſio ſuavis ad alium. Sic infans reſpectu Matris, ſic Conjux reſpectu Mariti, ſic Amicus reſpectu Amici ſuum affectum probat.

*Chriſti erga nos.* THESIS VI. *Accipiam vos ad me ipſum, ut ubi ſum ego, & vos ſitis.* Joan. 14. v. 3. Chriſtus non vult eſſe ſine nobis in cœlo, quaſi eſſet ibi I. *Gloria* ejus

ejus *imperfecta*, quia Caput ſine ſuis membris. II. *Oratio* ejus *non exaudita*, quam continuò pro nobis interponit. III. *Lætitia non integra* ſine Socijs, utpote cujus deliciæ, eſſe cum &c. Ergo, ut ita loquar, *Intereſt Chriſti, ut ſimus cum Chriſto.*

THESIS VII. *Quid ſtatis aſpicientes in cœlum?* Act. 1. v. 11. Omnes intendunt venire in cœlum, ſed non omnes perveniunt: quia I. Datur Voluntas *cū opere*; *Dixi nunc cœpi*. Pſ. 76. II. Datur Voluntas *ſine opere*: *Deſiderium cordis*. Pſ. 20. III. Datur Voluntas *ſine voluntate*, nempe Velleitas: *Vult, & non vult Piger.* Prov. 13. *Voluntas.*

THESIS VIII. *Expedit vobis, ut ego vadam.* Joan. 16. v. 7. Expedijt diſceſſus Chriſti ſeptem de cauſis: I. Quia Opus grande humanæ Redemptionis, quod ipſi Pater impoſuit, complevit. II. Quia Corpori ejus à Reſurrectione glorioſo non Terra, ſed Cœlum, ut locus proprius conveniebat. III. Ut Apoſtoli ab Amore ſenſuali Sacræ Humanitatis ſuæ abſtraherentur, facta diviſione per totum Mundum ad prædicandum Evangelium diſpergen- *Cauſæ Diſceſſûs.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

gendi. IV. Ut Poſſeſſionem caperet Regni, quod ſibi Paſſione & Sanguine acquiſivit. V. Ut officium Advocati noſtri apud Patrem ſuum aggrederetur. VI. Ut Electis ſuis in cœlo locum pararet. VII. Ut Spiritum Sanctum nobis mitteret: Si enim non abiero, Paraclitus non veniet ad vos. *Alexander Diotallevi S. J. Dom. 4. poſt Paſch.*

THESIS IX. *Nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum.* Act. 1. v. 9. Quatuor deplorandi Chriſti diſceſſus. *Vide ſupra part. 1. Dom. 4. poſt Paſcha. theſ 2.*

*Via ad Cœlum.*

THESIS X. *Nonne hæc oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam?* Luc. 24. v. 26. Quomodo tu aſcendes ad Cœlum ſine afflictione? I. Homines te compellunt eò ire ſuis *Perſecutionibus.* II. Deus immiſſis *Morbis.* III. Diabolus ſuis *Tentationibus.* IV. Mundus ſuis *Injuſtitijs*, proditionibus, & calumnijs. *Quoniam per multas tribulationes oportet nos intrare in Regnum Dei.* Act. 14. v. 21. *Craſſet in Conſid. fer. 2. poſt Dom. 6. Paſch.*

FE-

# FERIA II. PENTECOSTES.

THESIS I. *Sic enim Deus dilexit Mundum.* Joan. 3. v. 16. Deus *aliquo modo* nos plus amat, quàm ſuum Filium, qui propter nos Filio non pepercit; & quid addo? I. Filio Juſto. II. Filio Unigenito. III. Filio Deo. *Salvianus. vide Medit. Groſſez hìc.* *Amor Dei in homines.*

THESIS II. *Lux venit in Mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quàm lucem.* Joan. 3. v. 19. Plures in mundo pereunt; I. Aliqui *ex defectu Luminis*; uti ſunt Pagani & Gentiles, vel in Fide non inſtructi, & Doctrina Chriſtiana. Hi amant, heu! tenebras ſuas: II. Aliqui *ob Lumen falſum*; atque hi ſunt Hæretici, qui ſequuntur ſuas opiniones: *Væ! qui Sapientes eſtis in oculis veſtris. Iſai. 5.* III. Aliqui *ob nimium Lumen*: hi nimirum ſunt, qui totam Legem memoriter tenent, cor au- *Lumen Fidei.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

rem eorum longè eſt à Lege; Sciunt,& non faciunt.

*Cultus Dei varius.*

THESIS III. *Venit ad JESUM nocte.* Joan, 3. v. 2. Tria hominum genera etiam in Chriſtianis reperire eſt. I. Aliqui veniunt ad JESUM & ſerviunt Deo *Die ac Nocte*; qualis fuit illa Vidua Evangelica, quæ *non diſcedebat de templo, ſerviens nocte ac die.* *Luc.* 2. II. Aliqui veniunt ad JESUM *tantùm nocte* propter *metum Judæorum*, qualis fuit Nicodemus, Nocturnus ille Chriſti Cultor, & cum ipſo hodie ſat multi. III. Aliqui veniunt ad JESUM *nec de die, nec de nocte*; qualis fuit ille Judex, de quo Evangelium, *qui Deum non timebat.* *Luc.* 18. Item Herodes, qui nec die, nec nocte venit ad Chriſtum natum.

THESIS IV. *Si quis autem Spiritum Chriſti non habet, hic non eſt ejus,* Act. 8. v. 9. Tres Spiritus ſunt contrarij Spiritui Chriſti: Spiritus Mundi, Spiritus Carnis, Spiritus Sathanæ. I. *Spiritus Mundi* inſpirat Vanitatem; *Spiritus Carnis* inſpirat Senſualitatem; *Spiritus Sathanæ* inſpirat Iram, & Vindictam. II. Econtra *Spiritus Chriſti* inſpi-

ſpirat Humilitatem, Mortificationem Senſuum, Charitatem Proximi, Manſuetudinem, & Patientiam. *Craſſet in Conſid. Feſto Pentec. punct. 3.*

# FERIA III. PENTECOSTES.

THESIS I. *Ut vitam habeant, & abundantiùs habeant.* Joan. 10. v. 10. Id, quod fit in anima per Adventum Spiritûs Sancti, qui omnia in homine, quoad vitam æternam perficit; Nam I. Si amamus JESUM, hunc amorem in nobis accendit Spiritus Sanctus. II. Si Pater æternus, & Filius ejus manſionem in nobis faciunt, Spiritus Sanctus eos in nos introducit. III. Si fruimur Pace, quam nobis obtinuit Christus, triumphato Principe Mundi; Spiritus Sanctus eſt, qui eam in nobis producit, & conſervat. *Durand. in Character. Sanctor. part. 2. Dom. Pentec.* *Operationes Spiritûs S.*

THESIS II. *Ego ſum Oſtium.* Joan. 10. v. 9. I. Chriſtus eſt *Oſtium* *Chriſtus Oſtium.*

Ec-

*Eccleſiæ*, qui per eum non intrat, non eſt in Eccleſia. II. Chriſtus eſt *Oſtium Pœnitentiæ*, quisquis peccatorum per eum non intrat, non accipit Veniam. III. Chriſtus eſt *Oſtium Cœli*, per quod ſolùm intratur in cœlum.

THESIS III. *Ego rogabo Patrem, & alium Paraclitum dabit vobis.* Joan. 14. v. 16. I. *Cauſa* Miſſionis Spiritûs Sancti fuit: primò Bonitas Dei; Secundò Miſericordia Dei; Tertiò Merita, & Preces Chriſti. II. *Finis* Miſſionis Spiritûs Sancti fuit: Ut teſtimonium perhiberet de Chriſto; ut nos doceret, & ſuggereret nobis omnia, quæcunque dixit Chriſtus, Joan. 14. Ut argueret Mundum de peccato. Joan. 16. III. *Effectus* Miſſionis Spiritûs Sancti fuit: Primò ardens Charitas; Charitas diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum Sanctum. Rom. 5. Secundò Zelus gloriæ Chriſti per totum Mundum. Tertiò Conſtantia heroica in tormentis, & periculis Apoſtolorum. *Nepveu in Reflexionib. ad finem Menſ. May.*

FE-

# FESTUM CORPOR CHRISTI.

THESIS I. *O Emanuel!* Iſai. 8. v. 8. Id eſt, Nobiſcum Deus, & quidem triplici modo. I. *Spiritualiter* per Gratiam. II. *Corporaliter* in Incarnatione. III. *Sacramentaliter* in Euchariſtia. *P. Alexander* Diotallevi. *S. J. Conſid.* 10. *Præſentia Chriſti.*

THESIS II. *Caro enim mea verè eſt cibus.* Joan. 6. v. 56. Tres effectus hujus Sacri Panis ſunt. I. Delectat II. Nutrit. III. Fortificat. *Effectus.*

THESIS III. *Judicium ſibi manducat, & bibit.* 1. Cor. 11. v. 19. Indigna Sumptio immutat: I. In *Mortale Venenum* Alimentum Vitæ. II. In *Tribunal Juſtitiæ* Thronum Gloriæ. III. In *Viaticum damnationis æternæ* Viaticum Felicitatis æternæ. *Vivien in Tertull. Prædic.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Rex cordium.

THESIS IV. *Panis Vitæ*, Joan. 6. v. 48. Chriſtus Rex Cordium. *Vide Indicem Concionator. P. Theophili Raynaudi Dom. Palmar.*

Amoris erga homines victoria.

THESIS V. *Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus usque ad conſummationem Sæculi.* Matth. 28. v. 20. Odium hominum in Chriſtum, & Amor Chriſti in homines mirando conflixêre duello. *Odium*, ut Chriſtum è Mundo pelleret; *Amor*, ut Chriſtum in Mundo retineret; Stetit victoria penes Amorem in Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento. *Alexand. Diotallevi de Beneficijs Div. Conſid.* 21.

Miſſa.

THESIS VI. *Hoc facite in meam commemorationem.* 1. Cor. 11. v. 24. Sacrificium Miſſæ eſt I. *Vita* Eccleſiæ, II. *Anima* Fidei. III. *Centrum* noſtræ Religionis. IV. Et *Columna* Mundi Chriſtiani. *Id. ibid.*

Sacrificiū.

THESIS VII. *Hoſtia Sacrificium Domino.* Levit. 3. v. 9. Quatuor Sacrificia celebrârunt Judæi. I. *Holocauſtum* ad honorandum Deum. II. Sacrificium *Propitiatorium* ad placandum Deū. III. Sacrificium *Euchariſticum* ad gratias

tias agendum Deo. IV. Sacrificium *Impetratorium* ad ſupplicandum Deo. Verùm nos omnibus iſtis obligationibus ſatisfacere poſſumus ſolo Sacrificio Miſſæ. *Id. ibid.*

THESIS VIII. *Nunquid & vos vultis abire?* Joan. 6. v. 68. Chriſtus in Euchariſtia I. *Minatur*, niſi manducemus. II. *Promittit*: vivet in æternum. III. *Blanditur*: ego reficiam vos.

THESIS IX. *Hic eſt Panis, qui de cœlo deſcendit.* Joan. 6. v. 59. Chriſtus in Euchariſtia moratur I. Ad movendum *Peccatores*. II. Ad animandum *Pœnitentes*. III. Ad confirmandum *Juſtos*. *Diction. Apoſtolic.* *Cur Chriſtus nobiscum?*

THESIS X. *Qui manducat hunc panem.* Joan. 6. v. 59. Tria dæmon per eſum Pomi vetiti promiſit falsò, quæ veraciter in Sumptione Sanctiſſimæ Euchariſtiæ præſtantur. *Vide ſupra. Part. 1. Dom. 2. poſt Pent. Theſ. 8.*

THESIS XI. *Cor ſuum dabit in conſummationem operum.* Eccli. 38. v. 31. *Cor triplex.*

31. Cor totus homo, qui dat cor, totum hominem dat, non item, qui cætera membra. Cor autem tripliciter diſtinguitur : I. *Mærens.* II. *Pavens.* III. *Gaudens.* *Vide Mendoza in lib. Reg. tom. 2. in Indice.*

THESIS XII. *Vivet propter me.* Joan. 6. v. 58. I. Maxima hominis felicitas eſt in hac *Vita Naturali*, quòd poſſimus imitari Sacrificium JESU Chriſti. II. Maxima felicitas in *Vita Gratiæ*, eſt, quòd vivere faciamus JESUM Chriſtum. III. Maxima felicitas in *Vita Gloriæ* eſt, quòd nos vivamus per JESUM Chriſtum. *Diction. Apoſtolic.*

THESIS XIII. *Hic eſt Panis, qui de cœlo deſcendit.* Joan. 6. v. 59. Dicere audeo, quòd Deus, cùm ſit Omnipotens, Plus dare *non potuit.* II. Cùm ſit Sapientiſſimus, Plus dare *neſcivit.* III. Cùm ſit ditiſſimus, Plus dare *non habuit.* S. Aug. tract. 28. in Joan. Hìc ergo fixæ ſunt columnæ : *Non plus ultra*, quæ videbantur jam fixæ in Incarnatione.

*Cor deſideratum.* THESIS XIV. *Præbe, fili mi, Cor tuum*

*tuum mihi.* Prov. 23. v. 26. Sed I. Cor ſine labe. II. Cor ſine languore. III. Cor ſine vacillatione. Id eſt, Purum, fervens, conſtans. *Chappuis. Medit. 23. Nov.*

THESIS XV. *Caro enim mea verè eſt cibus.* Joan. 6. v. 56. I. Omnia in hoc Myſterio *Vera* ſunt, nam Deus eſt, qui dixit. II. Omne *Adorabile*, quia, quod hìc eſt, Deus eſt. III. Omne *Admirabile*, quia, qui hoc fecit, Deus eſt. IV. Omne *Amabile*, quia Deus eſt, qui ſe donat. *Chappuis. in Medit. in Octava hujus Feſti.* *Cultus Euchariſtiæ.*

# FESTUM S. JOANNIS BAPT.

THESIS I. *Erat in deſertis usque in diem Oſtenſionis ſuæ.* Luc. 1. v. 80. Ulteriùs Amor progredi non poteſt, quàm ut quis Peccatorem ſe conſtituat *quoad pœnam*, qui innocens eſt *quoad culpam*; nam ſi Reus culpæ ſe Reum faciat pœnæ, remedium quærit *Pœnitens ſine culpa.*

ſui peccati; verùm ſi ſe Reum pœnæ conſtituat, qui eſt integer vitæ, in Pœnitentia quærit effectum Amoris. Pœnitentia in Peccatore *Satisfacit* pro peccatis commiſſis; Pœnitentia in innocentia *Meretur* ob Amorem, quem oſtendit. Habes hìc Innocentiam Joannis in veſtimentis Pœnitentiæ.

*Nativitas, vita, mors.* THESIS II. *Peperit Filium.* Luc. 1. v. 57. Decebat namque, ut *Myſticam Nativitatem* ejus, *mirabilis Vita* ſequeretur, & Sanctam perfectámque Vitam *Mors Deo devota* concluderet. *S. Bern. ſerm. de S. Joan.*

THESIS III. *Magnus coram Domino.* Luc. 1. v. 15. I. Et reapſe Magnus fuit Joannes *in ſua Nativitate*, utpote quæ fuit Opus Gratiæ, quia: *Antè cœpit vivere Deo, quàm ſibi. S. Aug.* II. Magnus *in ſua Vita*, quæ fuit durus Baptiſmus Pœnitentiæ, utpote: *qui, ut vinceret Mundum, vicit antè Naturam. S. Aug. ſerm. 3. de S. Joan.* III. Magnus *in Morte*, quæ fuit Sanguineus Veritatis triumphus. *Quis credat, iſta aut concupiſſe Meretricem, aut feciſſe Prætorem?* inquit Seneca l. 4. Controv. c. 25. de Flaminio loquens, qui in gratiam curioſæ

rioſæ Amaſiæ hominem decollari juſſit. *Dijon Capuc.*

THESIS IV. *Quis putas puer iſte erit?* Luc. 1. v. 66. Præſagia vitæ ex Infantia deſumi poſſunt. I. Ex prævijs Ominibus. II. Ex Parentum vita. III. Ex Inſtitutione Magiſtri. IV. Ex Societate. V. Ex vitæ primordijs. *Faber. hîc. Conc.* 4. *Infantia.*

THESIS V. *Erit enim Magnus.* Luc. 1. v. 15. I. Multi magni in oculis Hominum. II. Multi magni in Oculis ſuis. III. Multi magni coram Domino. *Vide Pantheon Engelgrave hîc. Item Paul. Segneri Manna in hoc Feſto.* *Magnus.*

THESIS VI. *Joannes quidem ſignum fecit nullum.* Joan. 10. v. 41. An ad Fidem Chriſtianam plures adduxerint Miracula Evangelizantium, an illorum juxta Præcepta ac Conſilia Evangelij inſtituta vita? Problema eſt: ad quod reſpondet S. Joannes Chryſoſt. hom. 47. in Matth. pro Vita: Sic Joannes nullum ſignum fecit, qui tot tantáſque civitates erudivit: Sic Paulus in principio Converſionis neminem ſanavit neque à febri, imò cùm Petro porta *Miracula.*

ferrea miraculosè aperiretur, ipſe, Damaſci obſcurâ fugâ in ſporta ſubmiſſus, per murum ſe ſalvare debuit &c.

*Magnus.* THESIS VII. *Erit enim Magnus.* Luc. I. v. 15. S. Joannes nobilitatur Parentibus, Miraculis, Moribus, Munere, Paſſione. *S. Ambroſ. l. 1. in Luc. Vide Breviar. in Vigilia S. Joan.*

*Nativitas.* THESIS VIII. *Peperit Filium.* Luc. I. v. 57. Quintuplex Nativitas eſt, ſcilicet I. Nativitas *Culpæ*, hæc prima eſt in utero. II. Nativitas *Naturæ*, hæc fit ex utero. III. Nativitas *Doctrinæ*, quæ fit per Evangelium. IV. Nativitas *Gratiæ*, quæ fit in Baptiſmo. V. Nativitas *Gloriæ*, quæ erit in Judicio. *Hugo Card. ſup. c. 4 Sap.*

*Natalis.* THESIS IX. *Multi in Nativitate ejus gaudebunt.* Luc. I. v. 14. Non ita apud omnes, ac ſemper; nam Natalis unius ſæpe fatalis fuit alijs. In die Natalitio occiſus eſt Sedecias à Nabuchodonoſor, Joannes ab Herode, Judas ab Antiocho, Piſtor à Pharaone. *Hugo Card. ſup. Gen. c. 40.*

*In aula Herodis.* THESIS X. *Erit enim Magnus.* Luc.

Luc. I. v. 15. S. Joannes in Aula Herodis I. erat quaſi *Aulæ Præfectus*, quia Rex eum libenter audiebat. II. Erat quaſi *Concionator Aulicus*, quia veritatem imperterritè dixit. III. Erat quaſi *Martyr aulæ*, quia ibi indigna paſſus, mortem ſuſtinuit.

THESIS XI. *Signum fecit nullum*. Joan. 10. v. 41. Nullum aliud Miraculum fecit in vita ſua, præterquam, quòd ſe Sanctum effecerit. I. Miraculum minimè dubium. II. Miraculum minimè fictum. III. Miraculum minimè adornatum. *Sanctitas.*

THESIS XII. *Eliſabeth Cognata tua, & ipſa concepit Filium*. Luc. I. v. 36. Quòd Beata Virgo plùs Mater Joannis extitit, quàm Eliſabeth, quia hæc quidem Mundo, illa Deo partu ſpirituali eum genuit. *Vide Myſtic. Civit. Dei, Mariæ de Jeſu, Abbatis. Item ſupra feſto Annunc. B. V. Theſ. 7.* *Filius MARIÆ.*

THESIS XIII. *Ut facta eſt vox Salutationis tuæ*. Luc. I. v. 44. Scilicet à MARIA, vel per MARIAM I. Rei habent *veniam*. II. Juſti *gratiam*. III. Angeli *lætitiam*. *S. Bern. in Sent.* *Omnia per MARIAM.*

Omnia hæc in materno utero Joannes à MARIA.

*Viſitatio.* THESIS XIV. *Viſitavit, & fecit Redemptionem.* Luc. 1. v. 68. Tribus modis dicitur Deus viſitare homines: I. Ad *Conſolationem*; uti hic factum eſt; & Exod. 4. II. Ad *Correctionem*; *Viſitabo in virga iniquitates eorum.* Pſ. 88. item Exod. 32. III. Ad *Condemnationem*; *In tempore Viſitationis ſuæ corruent.* Jerem. 8. *Ita S. Thom. ſuper Iſai. c. 8. vide Faber hic Conc. 7. n. 10.*

*Laus.* THESIS XV. *Joannes quidem ſignum fecit nullum.* Joan. 10. v. 41. Et hoc maximum ſignum, nam Joannes fuit I. Propheta ſine voce, quia digito monſtravit. II. Pœnitens ſine crimine. III. Magnus ſine vanitate. *La Selve tom. 2. de Sanctis.*

*Qualis homo?* THESIS XVI. *Quis putas Puer iſte erit?* Luc. 1. v. 66. *Fuit homo miſſus à Deo.* Joan. 1. v. 6. Joannes I. Eſt homo miſſus à Deo, ſed *Homo* omni alio *homine Major.* II. Eſt *Homo*, qui vocatur *Angelus.* III. Et eſt *Homo*, qui *æſtimatur Chriſtus.* Quod verò ipſam admirationem acuit: Eſt Homo omni

alio

alio hŏmine major, & Humilitatem ſectatur: Eſt Homo, qui vocatur Angelus, & Pœnitentiæ adhæret: Eſt Homo, qui æſtimatur Chriſtus, & Chriſtum laudat. Nam: Joannes credebatur Chriſtus, & in illo errore populus moraretur, niſi ab illo confitente corrigeretur, inquit *S. Aug. ſerm. 25. de Sanct. La Selve tom. 2. de Sanctis.*

THESIS XVII. *Quis putas Puer iſte erit?* Luc. 1. v. 66. Varia divinationum genera. I. Ex Aſtris. II. Ex Elementis. III. Ex Phyſiognomia. IV. Ex Somnijs. V. Ex Oraculis. VI. Ex Sortibus. *Faber in Feſt. Epiphan. Conc. 6.* *Divinatio.*

THESIS XVIII. *Joannes eſt Nomen ejus.* Luc. 1. v. 63. Joannes interpretatur Gratia: Videamus Gratiæ Divinæ Neceſſitatem, Operationes, & Triumphos. I. Ejus *Neceſſitas* maxima eſt Peccatoribus, ut convertantur; Juſtis, ut perſeverent; Omnibus, ut ſalventur. II. Ejus *Operationes* ſunt admirabiles, quia ſuadet, ſic tamen, ut non aduletur; allicit, ſic tamen, quòd *Gratia.*

non

non neceſſitet; trahit, ſic tamen, quòd non cogat. III. *Multos filiorum Iſraël convertet ad Dominum.* Luc. 1. v. 16. Ejus *Triumphi* ſunt glorioſiſſimi, quia ſæpe triumphat de hominibus, qui indurati ſunt; qui perditi ſunt; qui rebelles ſunt. *La Selve fer. 6. poſt Dom. 3. Quadrag.*

*Educatio.* THESIS XIX. *Quis putas Puer iſte erit?* Luc. 1. v. 66. I. Quemadmodum bona educatio communiter propheria eſt bonæ vitæ; ſic mala educatio ſæpe propheria malæ vitæ eſt. II. Quemadmodum bona vita prophetia eſt bonæ mortis, ſic vita ſcandaloſa ſæpe prophetia eſt miſeræ mortis. *Diction. Apoſtolic.*

*Laus.* THESIS XX. *Quis putas Puer iſte erit?* Luc. 1. v. 66. Joannes eſt: I. primus *Infans Eccleſiæ*, quem illa Redemptoris gratia ſanctificavit. II. Primus *Frater Chriſti*, quem ſibi ex amore Chriſtus adoptavit. III. Primus *Filius MARIÆ* ex hominibus, quem illa verbô genuit Gratiæ. *Durand. Character. Sanct. p. 1.*

FE-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# FESTUM
# SS. Apoſt. PETRI & PAULI.

THESIS I. *Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam.* Matth. 16. v. 18. Chriſtus ſtabiliendo Eccleſiam ſuam majus ſignum edidit, quàm quod fuit Niniviturum, nempe Magnum Miraculum Propagationis Eccleſiæ, verè *Miraculum Fidei.* Nos huic Miraculo quotidie opponimus *Prodigium Infidelitatis* longè magis monſtroſum, & condemnabile, quàm Phariſæorum. *Bourdaloüe ſer. 4. poſt Dom. 1. Quadrageſ.* *Fides.*

THESIS II. *Nunquam defuit columna nubis per diem, nec columna ignis per noctem.* Exodi 13, v. 22. Comparatio inſtitui poſſet cum duabus columnis ex igne, & nube, Iſraëlitarum ex Ægypto ad Terram promiſſam vel comitibus, vel ducibus. Ita nimirum I. Petrus erat quaſi *Columna Nubis*, *Laus Petri & Pauli.*

quæ

quæ pluebat lacrimis &c. & faciebat umbram, quâ ſanavit ægros &c. II. Paulus erat *Columna Ignis* ob ardentem zelum pro Lege Dei &c. ob fervidam Charitatem erga Proximum &c.

*Laus Petri.* THESIS III. *Tu es Petrus.* Luc. 16. v. 18. Tria inveniuntur in Petro: I. Fidei Unitas. II. Pœnitentiæ Veritas. III. Amoris Soliditas. *S. Bern. in Sentent. c. tria.*

*Lacrimæ.* THESIS IV. *Flevit amarè.* Luc. 22. v. 62. I. Peccamus ſicut Petrus. II. Non flemus ſicut Petrus. III. Et ſicut Petrus ſalvari volumus. *Anton. Vieira. in Concionib. part. 1. fol. 283.*

THESIS V. *Repletus Spiritu Sancto Petrus.* Act. 4. v. 8. Poſſet inſtitui ſermo de Simone Mago volante, & à Simone Petro in terram proſtrato: I. *Volatus* Simonis Magi, & *Lapſus*. II. *Lapſus* Simonis Petri, & *Volatus*. *Vide in Breviar. diem ſeptimum infra Octav. Apoſt. Pet. & Paul.* Item *Exemplum huc faciens in Dauroultio de Hæreticor. fide part. 1. tit. 14. exempl. 1.*

*Officium Petri.* THESIS VI. *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam.*

*meam.* Matth. 16. v. 18. Chriſtus conſtituit Petrum tanquam ſuum Vicarium, & in hunc finem ei commiſit tria oppidò neceſſaria. I. *Evangelium ſuum*, quod ſubrogaret Legi Moyſis. II. *Eccleſiam ſuam*, quam ſupra ruinam Synagogæ ſtabiliret. III. *Crucem ſuam*, quam in Solijs Cæſarum plantaret. Quia Chriſtus in hunc finem venit, ut Legem Moyſis aboleret, ut Synagogam Judæorum repudiaret, ut Imperium Romanum deſtrueret, quod per Apoſtolos effecit, & perfecit. *Dijon Capuc.*

THESIS VII. *Reſpexit Petrum.* *Aſpectus Chriſti.* Luc. 22. v. 61. I. Primus intuitus Chriſti reddidit Petrum Apoſtolorum *zeloſiſſimum.* II. Secundus aſpectus reddidit omnium Pœnitentium maximè *contritum.* III. Tertius aſpectus reddidit omnium Martyrum *glorioſiſſimum.* *Bretteville.*

THESIS VIII. *Ut portet Nomen meum coram gentibus.* *Laus S. Pauli.* Act. 9. v. 15. Aliquo modo dici poteſt, quòd Paulus fuerit Gentibus, quod Chriſtus Judæis; Nam I. Paulus fuit *Doctor* Gentium.

II.

II. *Legislator* Gentium. III. Denique *Martyr* etiam Gentium. *Bretteville.*

*Fides.* THESIS IX. *Super hanc Petram ædificabo Eccleſiam.* Matth. 16. v. 18. Excellentia Fidei in tribus maximè conſpicua eſt. I. Quòd credenda proponat Fidelibus ea, quæ *incomprehenſibilia* ſunt, *Myſteria. Sciebant mori & non diſputare. Tertull.* Hodie ſciunt diſputare, & non mori. Res magnas, & apprehenſu difficiles non niſi fide conſequi datur. S. Athanaſ. de Incarnato Verbo. II. Quòd Virtutes exerceri faciat, *quæ Naturæ vim faciunt*; *Beati pauperes* &c. *Beati, qui perſecutionem patiuntur* &c. Matth. 5. III. Quòd furorem *Tyrannorum* vincat, & de ijs triumphet. *Sanguis Martyrum ſemen eſt Chriſtianorum. Tertull.* Fides non poteſt deſtrui, licèt poſſit impugnari. *Bretteville.*

*Lacrima.* THESIS X. *Egreſſus flevit.* Luc. 22. v. 62. I. Petrus lacrimas fudit frigidas ex timore, amaras ex dolore, calidas ex amore. *Tertull. Prædic. Vivien part. 3.* II. Petrus flet promptè, flet amarè, flet diu. *La Selve tom. 2. de Sanct.*

THESIS XI. *Super hanc petram.* Matth. 16. v. 18. Perpetuus Petrus ubi Sedem ſuam fixit? ubi Chriſti Fidem diutiùs prædicavit? ubi Sanguinem ſuum fudit? ubi Succeſſores reliquit? niſi in Urbe Roma. *Stapleton. de Magnitud. Roman. Eccleſ. cap. 1. in fine.* *Romana Eccleſia.*

THESIS XII. *Gratia autem* Dei, *ſum id, quod ſum.* 1. Cor 15. v. 10. Quid homo ſit I. ſine Gratia. II. per Gratiam III. cum Gratia; Petrus & Paulus primùm Peccatores, deinde Apoſtoli, demum Sancti demonſtrant. *Craſſet S. J. hoc Feſto Conſid. de S. Paulo.* *Gratiæ neceſſitas.*

THESIS XIII. *Eccleſiam meam.* Matth. 16. v. 18. Quàm Eccleſia ſancta, perfecta, & pura ſit, apparet I. Ex Lege Sancta *in Ordine ad Deum*, quæ prohibet vel ſolum ejus Nomen aſſumere in vanum. II. Perfecta *in Ordine ad Proximum*, quæ etiam præcipit amare eos, qui nos offendunt. III. Ex Lege tam pura *in Ordine ad nos ipſos*, quæ etiam caſtitatem exigit in cogitationibus, illicitas cogitatio- *Eccleſia Sancta.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nes prohibet, nec licitas niſi in bonum prolis permittit. *Diotallevi.*

*Martyres una die &c.*

THESIS XIV. *Virtute magna reddebant Apoſtoli teſtimonium.* Act. 4. v. 33. Petrus & Paulus una die, uno in loco, unius Tyranni toleravêre Sententiam... Dies ergo puto pro *Merito*, Locus pro *Gloria*, Perſecutor decretus eſt pro *Virtute*. *S. Maximus Epiſc. Hom. 5. de SS. Apoſt. Petro & Paulo poſt init.*

*Laus Petri.*

THESIS XV. *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam.* Matth. 16. v. 18. I. S. Petrus eam gratiam habuit, quòd fuerit Sanctus, qui familiariùs cum Chriſto egit. II. Sanctus, qui magis apparenter Spiritu Sancto fuit repletus. III. Sanctus, qui in Structura Eccleſiæ præ alijs utiliter verſatus, & fuit à Chriſto occupatus.

*Petrus & Paulus inſeparabiles.*

THESIS XVI. *Quis enim nos ſeparabit?* Rom. 8. v. 35. Ne ſeparemus hos duos Apoſtolos, I. Quos in vita *Charitas* univit. II. Quos neque *Mors* ſeparavit. III. Quos *Gloria* in cœlo conjungit. IV. Quos *Eccleſia* uno die colendos proponit.

THE-

THESIS XVII. *Qui ſunt nobiles in Apoſtolis.* Rom. 16. v. 7. Tria his Apoſtolis fuêre communia. I. Primum eſt, quòd fuerint ambo *Peccatores.* II. Alterum, quòd ambo evaſerint Viri *Sancti.* III. Poſtremum, quòd ambo labores ſuos *Martyrio* coronaverint. *Sibi ſimiles.*

THESIS XVIII. *Dabo ei ſedere mecum in throno meo.* Apoc. 3. v. 21. Chriſtus triplicem thronum habet: I. *Thronum Potentiæ*, in quo veluti Rex ſedet; ad hunc evexit S. Petrum, eum conſtituendo ſibi in Gubernatione Regni Succeſſorem. II. *Thronum Majeſtatis*, quem occupat tanquam Judex ſupremus, in quo Petrum collocat ſuum Vicarium in Judicando. III. *Thronum Gratiæ*, in quo homines ſalvat. Petrúmque conſtituit tanquam Pontificem ſummum Eccleſiæ ad procurandam Salutem. *Durand. in Character. Sanctor. hic.* *S. Petri poteſtas.*

THESIS XIX. *Nec oculus vidit, nec auris* &c. 1. Cor. 2. v. 9. I. Paulus detexit, *quæ oculus non vidit*: Nam vidit arcana, quæ non licet homini loqui. *Laus S. Pauli,*

II. Prædicavit, *quæ auris non audivit;* incognita Angelis, ut innoteſcat Principatibus & Poteſtatibus &c. III. Deſideravit, *quæ in cor hominis non aſcendit*: Cupio Anathema eſſe pro fratribus meis. Quis hæc unquam alius? *Id.*

# FESTUM VISITATIONIS B. V. MARIÆ.

*Patrocinium MARIÆ.* THESIS I. *Exurgens autem in diebus illis abijt in montana.* Luc. 1. v. 39. A Domina noſtra I. Rei habent veniam. II. Juſti gratiam. III. Angeli lætitiam (omnia hæc in utero à MARIA Joannes) *S. Bern. in Sentent.*

*Viſitatio.* THESIS. II. *Intravit in domum,* Luc. 1. v. 40. Quale diſcrimen ſit, quando Deus nos viſitat, & quando nos viſitat MARIA? ibi timor, hìc gaudium; ibi metuendum: *Viſitabo in vir-*

*ga. Pſ.* 88. hìc lætandum: *Ponam Viſitationem tuam pacem. Iſai. 60.*

THESIS III. *Cum feſtinatione.* Luc. 1. v. 39. Feſtinavit propter tria: I. Ut videlicet Virgo verecunda citò Publicum evaderet. II. Ut Obſequendi deſiderio ſatisfaceret. III. Ut citò Dilectam videret. *S. Albertus in c. 1. Luc.* *Feſtinatio.*

THESIS IV. *Magnificat anima mea Dominum.* Luc. 1. v. 46. I. Magnificat, quia B. V. Deo majus nomen contulit, quàm *ad extra* priùs habuit, ſcilicet, quòd ſit jam *Deus Dei*, qui antea erat ſolùm *Deus Abraham*, *Deus Iſaac* &c. II. Magnificat, quia in ipſa ſola Major apparet, quàm in omnibus alijs puris creaturis à ſe productis: *Digna Digni. Segneri Servus MARIÆ devotus. c. 1. §. 3.*

THESIS V. *Salutavit Eliſabeth.* Luc. 1. v. 40. Septies tantùm B. Virgo locuta eſt, prout ex Evangeliſtis colligitur I. Bis Angelo. II. Bis homini. III. Ter autem Deo. S. Bonav. in Speculo Virg. c. 6. Ex quo juſte Seraphicus Doctor conqueritur, di- *B. V. parca Verborum.*

cens, heu ! contra multos , qui tam parùm cum Deo in orationibus , & tam multùm cum hominibus loquuntur in fabulationibus inutilibus.

*Virgo ſit ſolitaria.*

THESIS VI. *Abijt in montana.* Luc. 1. v. 39. Neque , ut quidam Author bene docet , Virgo plùs quàm ter ab ædibus exire debet : I. Semel in *Baptiſmo.* II. Secundò in Nuptiali *Conjugio.* III. Tertiò in Sepultura & *Morte.* Et ideò amicum ad ſolitudinem provocans Sponſus , & ejus clauſuram extollens, ajebat : *Amica mea, Columba mea in foraminibus petræ.* *Petrus Bleſſenſ. in Conc. ad Dom.* 23. *poſt Pent.*

*Feſtinatio in itinere.*

THESIS VII. *Cum feſtinatione.* Luc. 1. v. 40. Tria ſigna ſunt ſingularis feſtinationis , ac celeritatis. I. Si curſus *citò* & maturè inchoetur. II. Si *ſine mora* & interruptione procedatur. III. Si *fortiter* , & pro viribus properetur. *Barry in Solitud. Hagiophilæ die 4. diſcurſ. 1.*

*Viſitatio.*

THESIS VIII. *Unde hoc mihi, ut veniat Mater Domini mei ad me ?* Luc. 1. v. 43. Ut Viſitatio aliqua ſit meritoria, debet eſſe I. Honorifica illi, qui

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

qui eam inſtituit. II. Utilis illi, qui eam excipit. III. Grata Deo, qui eam videt.

*Cauſæ Viſitationis.*

THESIS IX. *Unde hoc mihi, ut veniat Mater Domini mei ad me?* Luc. I. v. 43. Quinque genera Viſitationum invenies: I. Prima eſt, quæ fit *Decentiæ* causâ, veluti Amicorum, Cognatorum, Benefactorum &c. II. Secunda eſt, quæ fit *Charitatis* causâ, veluti ægrotorum, afflictorum, captivorum &c. III. Tertia eſt *Inſtructionis* ergò, vel ad ſciendum quidpiam, vel docendum. IV. Quarta eſt propter *Vocationem*, vel invitationem, ſi ſtatus perſonæ permittit, vel ſecum fert. V. Quinta *Recreationis* causâ, ad recreandum ſe, & recuperandas vires corporis. P. *Anton. Boiſſieu in Exercit. Viæ Perfectionis fol. mihi* 250. *n.* 3.

*B. V. oculus eſt, cor, manus.*

THESIS X. *Abijt in montana.* Luc. I. v. 39. Non ſunt in terra noſtra ullæ miſeriæ, quæ MARIA de cœlis non videat, non ijs tangatur, non ijs ſubvenire poſſit. I. B. Virgo totus *Oculus* eſt ad cognoſcendas eas, quia *Sapientiſſima*. II. B. Virgo totum *Cor*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

eſt ad commiſerandum, quia *Benigniſſima*. III. B. Virgo tota *Manus* eſt ad ſuccurrendum, quia *Potentiſſima*. *Diotallevi Dom.* 12 *poſt Pent.*

*Viſitatio cur facienda?*

THESIS XI. *Ut veniat Mater Domini mei ad me.* Luc. 1. v. 43. Viſitationes faciendæ ſunt I. Aut ex *Neceſſitate*, ut cùm de negotijs agendum eſt. II. Aut ex *Charitate*, ut cùm pauperes, ægroti adeundi ſunt. III. Aut ex *Humanitate* Chriſtiana, ut cùm ad amicos, cognatos, benefactores eundum eſt.

THESIS XII. *Abijt in Montana.* Luc. 1. v. 39. I. B. Virgo non viſitavit, niſi ut *ædificaret* proximum ſuâ modeſtiâ. II. Non viſitavit, niſi ut exerceret *Charitatem* erga proximum ſuo auxilio. III. Non viſitavit, niſi ut communicaret ſuam *Sanctitatem*, excitando ad virtutes proximum. *Diction. Apoſtolic.*

*Viſitatio B. V. myſterioſa.*

THESIS XIII. *Exurgens autem MARIA in diebus illis*, Luc. 1. v. 39. MARIA licèt gravida abijt cum feſtinatione majori, ſcilicet portata ab aura Spiritûs Sancti. Nempe: I. Quæ ſe in-

infra ancillas dejecit, eodem tempore ſupra verticem excelſorum montium ſe extulit. II. Dum Deus in illius ſinum deſcendit, illa aſcendit in Montana. III. Cùm à Spiritu Sancto fuit obumbrata, in lucem prodijt. IV. Dum Deus in utero ipſius ſe abſcondit, Virgo ſeſe publico indulſit.

THESIS XIV. *Magnificat anima mea Dominum.* Luc 1. v. 46. I. Tanquam *Virgo* Miraculoſa laudat Deum; Magnificat &c. II. Tanquam *Creatura* ſeſe humiliat coram Deo: Reſpexit humilitatem Ancillæ ſuæ. III. Tanquam *Prophetiſſa* prænuntiat ſuam Benedictionem à populis: *Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.* Durand. in Charact. Sanctor. 2. Jul. Cur autem Magnificat ab Eccleſia in Veſperis cantetur? reſpondet Paciuchellus Lect. 1. in Magnificat. Quia B. V. duabus, vel tribus horis poſt meridiem perveniens in domum Eliſabeth illud ferè ad Veſperam cecinit. *Myſteria Cantici Magnificat.*

# FESTUM S. MAGDALEN.

*Vita S. Magdalenæ.*

THESIS I. *Vides hanc mulierem.* Luc. 7. v. 44. Magdalena I. *In domo Phariſæi Pœnitens*, ubi pœnitentia ejus commendatur celeritate, veritate, æquitate. II. *In Monte Calvariæ Patiens*, ubi compatiebatur Chriſto ob ejus Paſſionem, derelictionem, & ex dilectione. III. *In Horto Diligens*, nam diligit fortiter, cunctas difficultates ſuperans; ardenter, nihil aliud præter Chriſtum cogitans, conſtanter, in inquirendo Dilecto perſeverans. *Vivien in Tertull. Verb. Sanctor. celebritates.*

*Lacrimæ de peccatis.*

THESIS II. *Lacrimis cœpit rigare pedes ejus.* Luc. 7. v. 38. Tres ſunt claſſes Chriſtianorum. I. Sunt ex ijs, qui plorant ſuper peccata ſua, & ea tamen non dimittunt, neque ab ijs deſiſtunt. II. Sunt alij, qui neque ea dimittunt, neque ea plorant. III. Sunt de-

denique, qui & plorant, & deſiſtunt. *Ita S. Gregor. Magn.*

THESIS III. *Lacrimis rigavit pedes meos.* Luc. 7. v. 44. Homo fundit lacrimas I. *Compaſſionis* ad plangendam humanam miſeriam. II. *Compunctionis* ad lugendam peccati malitiam. III. *Satisfactionis* ad placandam Divinam Juſtitiam. *Vivien.* IV. *Devotionis* ad explendum amorem erga Deum. *Hugo Card.*

*Lacrimarum ſpecies.*

THESIS IV. *Lacrimis cœpit rigare.* Luc. 7. v. 38. Tres ſunt ſpecies Lacrimarum. I. *Amara*, cùm pro ſe effunditur. II. *Calida*, cùm pro alijs emittitur. III. *Dulcis*, cùm pro deſiderio Regni cœleſtis fletur. *S. Bonaventura in Expoſit. 1. ſuper Pſ.* 118.

THESIS V. *Lacrimis cœpit rigare.* Luc. 7. v. 38. Tres ſunt lacrimarum differentiæ: I. Sunt lacrimæ quædam *Rerum apparentium*, & eæ amaræ valde ſunt, & vanæ. II. Sunt lacrimæ *Doloris, ac Pœnitentiæ*, & illæ ſunt dulces, & utiles vehementer. III. Sunt lacrimæ *Impœnitentiæ*, ubi fletus eſt,

eſt, & ſtridor dentium, & hæ acerbæ valde ſunt, & infructuoſæ. *S. Ephrem. de timore Dei.*

*Lacrimæ dulces.* THESIS VI. *Ex quo intravit.* Luc. 7 v. 45. Mira res! Petrus egreſſus flevit *amarè*, Magdalena ingreſſa, ſeu ex quo intravit, flevit *dulciter*: cur? Petri lacrimæ ceciderunt *in pectus Petri*; Magdalenæ lacrimæ inter oſcula ceciderunt *in pedes Chriſti.* Tantùm intereſt, quò cadant lacrimæ, ut fiant dulces vel amaræ.

*Amor ut eſt objectū.* THESIS VII. *Non ceſſavit oſculari pedes meos.* Luc. 7. v. 45. I. Amores Magdalena non exuit, ſed mutavit, transferendo illos in melius objectum. II. Imò auxit ardentiùs amando Chriſtum, quàm Mundum. Et hæc fuit Metamorphoſis Amoris.

*Amoris qualitas.* THESIS VIII. *Dilexit multùm.* Luc 7. v. 47. Multùm, inquam, non tantùm ſuaviter, ſed & prudenter, ſed & fortiter. I. Quidam enim *Suaviter* diligunt Deum, quibus ſcilicet ſuavis eſt recordatio, & memoria de Deo. II. Sed nondum *Sapienter*, quia non diligunt propter ſe, ſed propter bona, quæ dat

dat eis. III. Sunt tamen, qui diligunt *Sapienter*, ſed nondum *Fortiter*, id eſt, nondum uſque ad tollendam crucem, & ſequi JESUM. *Bleſſenſis ſerm. 23. de S. Magdalenæ.*

THESIS IX. *Dilexit multùm.* Luc. 7. v. 47. I. Remittuntur Magdalenæ peccata multa, quia dilexit multùm. II. Dilexit multùm, quia remiſſa ſunt ei peccata multa. Illud priùs, hoc poſteriùs contigit. *Brette-ville.* *Amor.*

THESIS X. *Ut cognovit.* Luc. 7. v. 37. Pœnitentia Magdalenæ fuit I. Prompta, ſine ulla dilatione, *ut cognovit.* II. Fuit Generoſa absque reſpectu convivantium. III. Fortis exercendo actus priori ſtatui omnino contrarios. IV. Fuit Animoſa & libera ſine turbatione & repugnantia. V. Fuit Conſtans, & perpetua usque ad mortem. Dum noſtra econtra ex timore proveniens Pœnitentia contrarios effectus habet. 1. Differimus. 2. Erubeſcimus &c. *Ludov. Maimbourg.* *Conditiones Pœnitentiæ.*

THESIS XI. *Non ceſſavit.* Luc. 7. v. 45. I. Pœnitentia Chriſtiani de-

debet eſſe Prompta; *ut cognovit* &c. *Hodie ſi vocem audieritis* &c. *Pſ.* 94. II. Debet eſſe Proportionata peccatis; Ornamenta Vitiorum convertit in arma Virtutum, & quot in ſe habuit oblectamenta, tot in ſe obtulit holocauſta. S. Gregor. III. Debet eſſe inſtructa Charitate; *Peccavi, & verè deliqui. Job.* 33. Satìs eſt ſemel peccâſſe ad fletus æternos. *Unus ex SS. PP.*

*Peccata per pœnitentiam proſunt.*

THESIS XII. *Dilexit multùm. Luc.* 7. v. 47. Libeat Gregorium de M. Magdalenæ pœnitentia cogitantem magìs flere, quàm aliquid dicere, me econtra libet magìs lætari, quàm loqui; quid enim me moveat ad fletum? an illius lacrymæ, quæ cœli ſunt Nectar? an peccata, quæ deflet? dico cordatè: Si non peccâſſet, fecerat illa minus; I. Minus *reſpectu Dei*, quem non ita ardenter amâſſet, teſte Chriſto, cui plus dimittitur, plus diligit. II. Minus *reſpectu Sui*, non enim ita auſterè vixiſſet, & tanta merita cumulâſſet. III. Minus *reſpectu Proximi*, non enim tot homines ſuo exemplo ad Chriſtum adduxiſſet. O quot non lucratur etiàm hodie peccatores!

THE-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

THESIS XIII. *Nigra ſum, ſed formoſa.* Capt. 1. v. 4. Hæc verba applicat S. Ambroſius Animæ pœnitenti. Imò I. *Quantò fœdior, tantò pulchrior.* Id quod S. Hieronymus de S. Magd. l. 2. ep. 19. ad Furiam dicit. Cùm econtra II. *Quantò pulchrior, tantò fœdior* de aliquibus dici queat coram Deo. *Peccata ſtimulus ad virtutem.*

THESIS XIV. *Quoniam dilexit multùm.* Luc. 7. v. 47. Brevis & levis Pœnitentia Amor, à quo nemo ſe poteſt excuſare. *Abſolvi vis? ama.* Inquit *S. Chryſologus ſerm. 94. lege Lectiones 2. & 3. Nocturni in Feſto S. Gualberti 12. Jul. item Segneri Manna 22. Jul.* *Levis pœnitentia amor.*

THESIS XV. *Remittuntur ei peccata.* Luc. 7. v. 47. Bonitas Dei in eo maximè ſe oſtendit. I. Quòd Peccatores ipſe quærat. II. Quòd illos in gratiam recipiat. III. Quòd illis benefaciat. Et hæc omnia ſine vindicta, ſine reprehenſione, ſine reſtrictione beneficiorum. *Bonitas Dei.*

THESIS XVI. *Vides hanc Mulierem.* Luc. 7. v. 44. De neceſſitate, ope- *Gratia.*

operationibus, & triumphis Gratiæ Divinæ, *vide ſuperiùs feſto S. Joannis Bapt. thes. 18.*

*Peccator humilis Deo gratus.*

THESIS XVII. *Remittuntur ei peccata multa.* Luc. 7. v. 47. Gratiùs acceptat Deus Pœnitentiam humilis & contriti Peccatoris, quàm Innocentiam Juſti tepidi & remiſſi. Petr. Bleſſenſ. ep. 75. Fortaſſis propterea, quia I. Ille facit, quod poteſt, iſte non facit, quod poteſt. II. Ille æſtimat gratiam, quam quærit, iſte non æſtimat gratiam, quam tenet. III. Ille accedit ad Deum, iſte recedit.

*Pœnitentia.*

THESIS XVIII. *Ex quo intravit.* Luc. 7. v. 45. I. Si Pœnitentia Magdalenam orbi notam fecit, illa Pœnitentiam orbi notam fecit. II. Si Pœnitentia illam orbi caram effecit, illa Pœnitentiam orbi amabilem effecit. III. Si Pœnitentia illam perfectam effecit, illa Pænitentiam perfecit. *Diction. Apoſtolic.*

*Pœnitentia.*

THESIS XIX. *Quoniam dilexit multùm.* Luc. 7. v. 47. I. Conſiderando, quantum *deberet Deo*, noluit mitigare pœnitentiam ſuam. II. Conſiderando, quantum *deberet Proximo*, non

non erubuit publicam agere pœnitentiam. III. Conſiderando, quantùm *Sibi nocuerit* ipſi, rigidam à ſe exegit pœnitentiam. *Id.*

THESIS XX. *Quoniam dilexit multùm.* Luc. 7. v. 47. Amor Magdalenæ fuit I. Anima omnium ejus virtutum. II. Principium omnium ejus actionum. III. Fundamentum omnium ejus meritorum. IV. Cauſa ejus Pœnitentiæ. *Amor.*

THESIS XXI. *Oſculum mihi non dediſti.* Luc. 7. v. 45. Quadruplex verò oſculum eſt; I. Aliquando eſt ſignum *Amoris* Pueri, ſic Mater oſculatur filium. II. Signum *Reverentiæ*, ſic Præſulum manus oſculamur. III. Signum *Devotionis*, ſic imagines oſculamur. IV. Signum *Reconciliationis*, ſic Pater filium prodigum exoſculatus eſt. Primum Chriſtus recepit *à Matre*; ſecundum *à Simeone*, tertium *à Joſepho*, quartum *à Magdalena*. Hæc omnia oſcula cupiebat Sponſa figere Sponſo. *Marchantius in Horto Paſtorum Tract.* 3. *de Fide Chriſtiana.* *Oſculum.*

THESIS XXII. *Remittuntur* *Pœnitent.*

*tibi peccata.* Luc. 7. v. 49. I. Nec quantitas criminis. II. Nec brevitas temporis. III. Nec horæ extremitas. IV. Nec vitæ enormitas, ſi vera fuerit contritio, excludit à venia. *S. Cyprian. ſerm. de Cœna Domini.*

# FESTUM
# S. JACOBI Apoſt.

*Oratio.* THESIS I. *Petens aliquid ab eo.* Matth. 20. v. 20. Homines ſolumodo faciunt gratiam *Dando*, Deus verò facit gratiam non ſolùm dando, ſed etiam *Negando*, quamvis etiam negando det; Hinc Ghriſtus non dixit; Petite, & accipietis *hoc ipſum, quod petitis*, ſed petite, & accipietis; neque dicit: Omnis, qui petit, accipit *id, quod petit*, ſed: omnis, qui petit, accipit; & quid accipit? hoc ipſum, quod Deus ipſi novit utiliſſimum. *Anton. Vieira. part. 1. ſer. 4. poſt Dom. 2. Quadrag.*

*Ambitio.* THESIS II. *Dic, ut ſedeant.* Matth.

20. v. 21. Abſalon, exemplum Ambitioſorum, tribus lanceis in cor adactis, perijt. In cor excordis, inquit S. Chryſoſtomus, tres ſagittas infixit Joab, ibi eum feriens, ubi erat receptaculum iniquitatis. In tribus hiſce lanceis conſidero ego tres ſingulares plagas, quæ pectus ambitioſum afficiunt. I. Prima eſt: quòd Ambitioſus perdat id, quod maximè deſiderat, ſcilicet *Commoda Temporalia* corporis. II. Secunda, quòd perdat *Quietem Animæ*, quæ eſt ſecunda plaga. III. Tertia, quòd perdat ſæpe *Salutem Animæ*. Sic ? Parricida Abſalon in valle Regis titulum ſtatuit, & projectus eſt (in ſaltu in foveam) cùm eſſet interemptus. *S. Ambroſ.*

THESIS III. *Dic, ut ſedeant hi duo filij mei.* Matth. 20. v. 21. Etſi error, Pietatis tamen error eſt, inquit S. Ambroſius. de Solicitudine Matrum lege in Breviar. fer. 6. hebd. 3. Quadrageſ. I. Eſt enim Solicitudo, quæ decet. II. Eſt Solicitudo, quæ prodeſt. III. Et eſt Solicitudo, quæ nocet. *Solicitudo.*

Oratio non exaudita. THESIS. IV. *Petens aliquid ab eo.* Matth. 20. v. 20. Cauſæ quinque ſunt non exauditæ ſæpe Orationis. I. Defectus Fiduciæ. II. Quia non petimus, quæ convenit. III. Quia non Ferventer petimus. IV. Quia fortè in Peccatis. V. Quia fortè Noxia. *Faber Conc. 4. Dom. 5. poſt Paſcha.*

Calix duplex. THESIS V. *Poteſtis bibere calicem.* Matth. 20. v. 22. Calices duos tenet Chriſtus. Unum ſiniſtrâ, dexterâ alterum; *Iram* Dei continet ille; *Paſſionem* hic. I. Ad primum neminem invitat, nec vult ab hominibus ſorberi, illis enim non paratus eſt, ſed Diabolo, & Angelis ejus: *Ignis enim & ſulphur pars calicis eorum.* II. Ad ſecundum ſcilicet Paſſionis invitat omnes. Verùm ô perditas Mortalium mentes! potatores innumeros ſiniſtra habet; rarus eſt, qui dexteræ poculum ſumat, dicátque Salvatori: Bibere volumus, quod bibiſti. *Zacharias Lexovienſis.*

Triplex. THESIS VI. *Poteſtis bibere calicem.* Matth. 20. v. 22. Deus tres calices habet, juxta illa verba: *Quia calix in manu Domini vini meri* &c. Pſ. 47.

I. Pri-

I. Primus eſt *Vini meri*, qui repræſentat conſolationes cœli. II. Secundus eſt *Vini mixti, plenus mixto*, qui indicat afflictiones hujus vitæ mixtas conſolationibus. III. Tertius eſt *Fœcis, fœx ejus non eſt exinanita*, & iſte eſt calix Damnatorum.

THESIS VII. *Dic, ut ſedeant.* Matth. 20. v. 21. Beneficia, & ſæculi dignitates ambire non debent. I. Qui Digni non ſunt. II. Qui Digni ſunt. III. Qui Digniores ſunt. Quia honor debet te ſequi, non tu honorem. *La Selve Dom. Palmar.* *Ambitio.*

THESIS VIII. *Dic, ut ſedeant.* Matth. 20. v. 21. Nocivum ſtudium exaltandi familiam ſuam ex ambitione, & malis artibus. *Vide Paul. Segneri feria 4. poſt Dom. 2. Quadrag.*

THESIS IX. *Dic, ut ſedeant.* Matth. 20. v. 21. I. Sapientia Chriſtianorum eſt Fugere gloriam, & Mereri. II. Stultitia Mundi eſt, Quærere gloriam, & non Mereri. *Diction. Apoſtolic. verb. Gloria.*

# FESTUM S. LAURENTII M.

Laus.

THESIS I. *Honorificabit eum Pater meus.* Joan. 12. v. 26. Tria ſunt, quæ beatum Laurentium commendant. I. *Opera.* II. *Miracula.* III. *Tormenta.* Opera juſta, Miracula clara, Tormenta crudelia. *Innocent. III. ſerm. 1. de S. Laurent.*

Triplex ignis.

THESIS II. *Non tetigit eos ignis, neque contriſtavit, nec quidquam moleſtiæ intulit.* Dan. 3. v. 50. S. Laurentius tanquam Phœnix Martyrum de triplici igne triumphavit. I. Primò, *de Igne Profano*, qui fuit in Tyranno, ſcilicet *Concupiſcentiæ*, quem in ſuo corde extinxit, diſtribuendo Bona pauperibus. Nam *Calor eſt omnis affectio,* inquit Tertullianus *l. de Paſſionibus. c. 4.* Sævior ignibus Ætnæ fervens amor ardet habendi. Boëtius l. 2. de Conſol. Phil. metro 2. item dæmon inflammat concupiſcentijs, quos non poteſt vexa-

ſa tormentis. S. Aug, ſerm. 10. de Epiphan. II. *de Igne Materiali*, qui fuit inſtrumentum Supplicij ſui, cui in tormentis ſuis forti animo inſultavit Laurentius. III. *de Igne inviſibili*, qui fuit Amor Dei, qui victoriâ claruit in cruento Sacrificio vitæ ſuæ. Similis Phœnici, cujus meminit Tertullianus *lib. de Pallio c.* 8. his verbis: *de ſingularitate famoſus, de poſteritate monſtruoſus.*

THESIS III. *Thronus ejus flammæ ignis.* Dan. 7. v. 9. Triplex conſiderari poteſt Triumphus Laurentij. I. De *Timore*, Tyranno inſultans. II. De *Dolore*, medijs in ſupplicijs delicians. III. De *Ardore*, ignem igne ſuperans. *Vivien in Tertull. Prædic.* *Triplex Triumphus.*

THESIS IV. *Thronus ejus flammæ ignis.* Dan. 7. v. 9. Craticula Laurentij fuit I. *Cathedra*, in qua docuit Patientiam, Conſtantiam, Dei Amorem. II. *Lectus*, propter Chriſti præſentiam, qua recreabatur, propter Paradiſi gloriam, quam contemplabatur, propter Inferni pœnam, à qua præſervabatur. III. *Thronus*, in Urbe *Craticula quid Laurentio?*

Roma, in toto terrarum Orbe, in Cœlo. *La Selve hic tom.* 3.

*Avaritia ſævit.* THESIS V. *Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra.* Matth. 6. v. 19. Avaritia, qua Tyrannus avidiſſimè theſauris Eccleſiæ inhiabat, oſtendit clarè, quòd Avaritia *Sævos* efficiat. I. *Judices* in viduas & pupillos. II. *Divites* in pauperes & egenos. III. *Exactores* vectigalium in Ruſticos & Plebeios. IV. *Fratres* in fratres, quos patrimonio, & hæreditate ſpoliat. V. *Filios* in Parentes, quos poſt mortem ſuffragio fruſtrat. VI. *Parentes* in filios, quos per vim Religioni conſecrat. VII. *Tyrannos* in Martyres, uti hodie videmus. *Avarus Scythâ tetrior, Maſſagetâ inhumanior*, teſte Tertulliano *l.* 1. *adv. Marcion.* 1. Vivien.

*Avarus ter miſer.* THESIS VI. *Sic eſt, qui ſibi theſaurizat, & non eſt in Deum dives.* Luc. 12. v. 21. Avarus conſiderari poteſt vel in vita, vel in morte, vel poſt mortem, & ubique miſer eſt, & miſerabilis, nam I. *In Vita*; vivit anxius, in conquirendo, poſſidendo, & amittendo theſauro. II. *In Morte*; moritur impœnitens, & reus, quia nec Deo, nec ho-

homini per juſtitiam ſatisfacit, hinc pœnitentia neceſſariò vana, quia caret fructu ſuo. III. *Poſt Mortem*, quia torquetur in inferno damnatus, quia Chriſtus in Evangelio quoque damnat, & prædamnat divites ſæculi, dicens: *Væ vobis divitibus. Id.*

THEIS VII. *Avarus, quod eſt idolorum ſervitus, non habet hæreditatem in Regno Chriſti.* Epheſ. 5. v. 5. Avaritia eſt Idololatria, nam, I. Propter divitias Deum contemnit, quia mandata transgreditur, beneficijs abutitur, Divinas Perſonas aggreditur. II. Divitias Deo præponit, nam plus quàm Deum æſtimat, in ijs plus quàm in Deo ſperat, eas plus quàm Deum amat. III. Divitias religiosè colit, quia iis obtemperat, eas adorat, iis ſe ſacrificat. *Id.*

*Avaritia eſt Idololatria.*

THESIS VIII. *Avaro autem nihil eſt ſceleſtius.* Eccl. 10. v. 9. Nam: I. Omnia mandata Dei transgreditur, quæ præcipiunt Pietatem erga Deum, Sobrietatē erga Semetipſum, Æquitatem erga Proximum. II. Omnes Virtutes aggreditur, ſcilicet tres Theo-

*Avarus ſceleſtus.*

logales, quatuor Cardinales, Morales. III. Omnia vitia proſequitur, dum comparat divitias, poſtquam comparavit eas, imò antequam comparat. *Id.*

*Martyr.* THESIS IX. *Igne me examinâſti.* Pſ. 16. v. 3. Martyres demonſtrârunt I. Fidem inconcuſſam. II. Spem arduam. III. Charitatem perfectam. *Id.*

THESIS X. *De Sanguine Martyrum JESU.* Apoc. 17. v. 6. Tria genera Martyrum inveniuntur. I. Martyres *Fidei.* II. Martyres *Charitatis.* III. Martyres *Patientiæ.*

*Tormenta.* THESIS XI. *Igne me examinâſti.* Pſ. 16. v. 3. Suppliciorum tria ſunt genera. I. Quædam ſunt *Diuturna*, ſed magnum non afferunt dolorem, uti venenum lentum inſenſibiliter debilitans. II. Quædam ſunt *Subita*, quæ diu non cruciant, ſic gladius in momento detruncat caput. III. Quædam ſunt *Longa*, & *Violenta*, diu durant, & acerbiſſimè cruciant. Talia fuerunt S. Laurentij. Hinc ita nonnemo olim deprecabatur Judices: Si non impetro, ut diutiùs vivam, ſaltem impetrem,

trem, ne diutiùs moriar. *Vivien in Tertull. verbo Supplicium.*

THESIS XII. *In tentatione inventus eſt fidelis.* Eccli. 44. v. 21. I. Manſit usque ad Tentationem. II. Manſit usque ad Tyrannicam Interrogationem. III. Manſit usque ad acerrimam Comminationem. IV. Manſit usque ad Peremptionem. *S. Aug. de S. Laurentio.* Tanta pœna erat in membris, tanta ſecuritas in verbis, *Tanquam alius torqueretur, alius loqueretur. S. Aug.* Et verè alius, ſi Superiorem ab inferiore hominem cum Paulo diſtinguas. *Perſeverantia.*

THESIS XIII. *Momentaneum, & leve tribulationis noſtræ.* 2. Cor. 4. v. 17. Omnia quæcunque facimus, patimúrque, parum eſt, & modicum in comparatione illius. I. Quod *Deus* meretur. II. Quod *Cœlum* meretur. III. Et quod *Chriſtus* ſuſtinuit in aperiendo nobis cœlo. *Quod Tribulationis ſuſtines, momentaneum eſt, quod Gloria præſtolaris, æternum eſt. Pet. Dam.* *Tribulatio.*

THESIS XIV. *Patientia autem opus perfectum habet.* Jacob. 1. v. 4. *Patientia.*

He-

Homo patiens, homo heroicus. Nam omnes virtutes ejus heroicæ ſunt, & divinæ. I. *Credit Heroicè*: credit enim, quòd Deus ipſum amet, quando ipſum affligit; quòd ipſi blandiatur, quando ipſum vulneribus tractat. O fides heroica! II. *Sperat Heroicè*: quia contra omnem Spem ſperat. Semper tranquillus, quidquid ei accidat, & immobilis in ipſo timore. O Spes heroica! III. *Amat Heroicè*: quia amat ſine illicio, Deum ipſi, ut videtur, ſeverum, & inexorabilem; oſculatur virgam, quæ ipſum punit, & manum, quæ ipſum actu verberat. O Charitas heroica! IV. *Obedit Heroicè*: nam permittit ſe immolari ſicut obediens Iſaac. O obedientia heroica! V. *Humiliat ſe Heroicè*: nam credit ſe omnia promeritum ſupplicia, indignum omnis boni, utpote promeritum millies infernum. O humilitas heroica! *Craſſet in Conſid. Sabbath. poſt Dom. 21. poſt Pent. punct.* I.

*Fides.* THESIS XV. *Reſiſtite fortes in Fide.* I. Pet. 5. v. 9. Quando pro Fide res eſt, Fidelis loquatur Animo.

ſè, patiatur Generoſè, moriatur Strenuè. *Vide ſupra Feſto S. Georgij theſ.* I.

THESIS XVI. *Ante Præſides & Reges ſtabitis propter me.* Marc. 13. v. 10. I. Sunt Martyres, qui *ſub Paganis* paſſi fuerunt. II. Sunt Martyres, qui *ſub Chriſtianis* Martyrium ſuſtinuerunt. Illi primorum temporum, iſti modernorum, & videtur, quòd iſti ſenſibiliùs præ illis patianrur. Tam non deſunt etiam inter Chriſtianos Tyranni. *Martyr hujus temporis.*

THESIS XVII. *Salvus erit, ſic tamen, quaſi per ignem.* I. Cor. 3. v. 15. Ita eſt: I. Vel per ignem *Amoris.* II. Vel per ignem *Tribulationis.* III. Vel per ignem *Purgatorij* ad cœlum eundum eſt, per hanc viam iverunt igneam, quicunque eò pervenerunt. *Per ignem ad cœlum.*

THESIS XVIII. *Hic patientia Sanctorum eſt.* Apoc. 14. v. 12. Errat, qui pati detrectat, nam I. Nulla Virtus eſt ſine contradictione. II. Nullum Meritum ſine patientia. III. Nulla Salus ſine cruce. IV. Nulla Victoria ſine pugna. *Craſſet in Conſid. fer. 2. poſt Dom. 6. Paſch.* *Tribulat.*

*Tyranni Martyres.*

THESIS XIX. *Irridens crudelem Tyrannum.* Mach. 7. v. 27. Tyranni magis cruciabantur, quàm Martyres, quos ipſi cruciabant, utpote qui finem ſuum non obtinebant, & contemni ſe ſe ægreferebant, inſuper ira & furore exagitabantur; dum econtra Martyres finem ſuum conſecuti, à Deo confortati, & patientia ſua victoriam retulerunt. Paciuchellus l. 14. n. 16. Hinc dici poſſet: *Tyranni ſunt Martyres, & Martyres ſunt Tyranni* (ut ita loquar) *ſuorum Tyrannorum.*

*Mortificatio.*

THESIS XX. *Niſi granum frumenti, cadens in terram, mortuum fuerit.* Joan. 12. v. 24. Ergo granum mortificandum. Quid eſt Mortificatio, niſi Sacrificium Amoris? in quo S. Spiritus *Sacerdos* eſt; Corpus *Victima*; Cor *Altare*; Pœna *Culter*; Amor *Focus*; Gloria *Fructus* eſt. *Craſſet Conſid. fer. 6. poſt Cineres.*

*Adverſitas.*

THESIS XXI. *Niſi granum frumenti &c.* I. Quando Deo placet nobis immittere tribulationes, tunc eas oportet reſpicere ut *Caſtigationes.* II. Quando ipſi placet nos exponere Miſerijs, eas oportet recipere tanquam

*Probationes.* III. Quando Deus vult, ut Afflictiones patiamur, eas oportet ſuſcipere veluti *Gratias. Diction. Apoſtolic.*

THESIS XXII. *Patientia autem opus perfectum habet.* Jacob. 1. v. 4. Tres gradus habet Patientia, I. Primus eſt: *Acceptare Crucem*, magna cum ſubmiſſione & reſignatione. II. Secundus eſt: *Gaudere de Cruce*, cum Apoſtolis, qui gaudentes à conſpectu concilij &c. III. *Gloriari in Cruce.* Abſit mihi gloriari &c. Communicantes Chriſti paſſionibus gaudete &c. 1. *Pet. 4. Chappuis. Medit. 17. Sept.* *Patientia*

THESIS XXIII. *Mittebant munera ſua in gazophylacium.* Luc. 21. v. 1. Laurentius diſperſit, dedit pauperibus facultates Eccleſiæ: nam ipſæ res fidelium, quæ Domino offeruntur, non debent in alios uſus, quàm Eccleſiaſticos, & Chriſtianorum fratrum, vel indigentium converti, quia I. *Vota* ſunt Fidelium: II. *Pretia* peccatorum: III. *Patrimonia* Pauperum. *Breviar. Lect. de S. Urbano 25. May.* *Bona Eccleſiaſtica.*

FE-

# FESTUM ASSUMPTION. B. V. MARIÆ.

*Aſſumptionis cauſæ.*

THESIS I. *Expedit vobis, ut egò vadam.* Joan. 16. v. 7. Imò & ipſi, & nobis expediebat iſte diſceſſus. I. *Ipſi*, quia cùm eſſet *Arca Myſtica novi Teſtamenti*, decebat, ut in Templo immortalis Gloriæ illa collocaretur. 2. Quia Finem ſuum jam obtinuit, propter quem eam Deus in Mundum introduxit, ut ſua Divina Maternitate cooperaretur Redemptioni Mundi. 3. Quia, cùm eſſet Mater Supremi Regis Gloriæ, debebat poſſeſſionem capere ipſius Regni veluti Regina. 4. Quia non debebat differri Præmium, & Corona maximis ejus Meritis debita. 5. Cùm Chriſtus dixit, ubi ego ſum, illic & Miniſter meus erit, quantò magìs ubi Filius, illic ſit & Mater. II. *Nobis*, ut ipſam majori merito venerari, & invocare poſſemus in Spiri-tu

tu & veritate per fidem. 2. Ut illa proxima Throno Auguſtiſſimæ Trinitatis eò faciliùs nobis patrocinari poſſet, id quod millies experimur. 3. Ut & nos faciliùs ad eam recurrere in neceſſitatibus noſtris poſſemus. 4. Ut auxilium illiùs ab alto longè efficacius ſit. *Alexand. Diotallevi Dom. 4. poſt Paſcha.*

THESIS II. *Dum complerentur dies Aſſumptionis ejus.* Luc. 9. v. 51. Sub uno titulo Aſſumptionis Eccleſia triplicem Feſtivitatem peragit; ſcilicet Feſtum Obitûs, ſeu *Tranſitûs*: Feſtum *Aſſumptionis*: Feſtum *Coronationis*: omnibus hiſce feſtivitatibus Nomen Aſſumptionis tribui poteſt. I. *Tranſitûs*, quia in die Obitûs ſui cum Anima aſſumpta eſt à terra ad Cœlum, ab hac vita mortali ad vitam æternam. II. *Aſſumptionis*, quia hac glorioſa die aſſumpta eſt etiam quoad Corpus ad cœleſtem Beatitudinem. III. *Coronationis*, quia aſſumpta eſt ad Regnum, & Imperium. Trãſitus ipſius honoratus fuit per præſentiam Apoſtolorum mirabilem. Aſſumptio honorata fuit à cœleſti Hierarchia Angelorum ob-

*Feſtum triplex.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

viam factorum. Coronatio honorata fuit ab ipſis tribus PerſonisSanctiſſimæ Trinitatis, à quibus fuit coronata. *Diotallevi hic.*

*Gloria B. V.* THESIS III. *Aſſumpta eſt.* Ecclesia. I. MARIA triumphat de corruptione Sepulchri, quia triumphavit de Corruptione peccati. II. Ejus Corpus comitatur Animam in cœlum, quia in terra nunquam deviavit à ſemita Spirituali. III. Proxima aſſiſtit Deo in æternitate, quia in hac vita remotiſſima ſemper à Creaturis. *Diction. Apoſtolic.*

*Coronatio.* THESIS IV. *In perpetuum coronata triumphat.* Sap. 4. v. 22. I. Coronata à Patre, qui eam Potentiſſimam effecit. II. Coronata à Filio, qui eam Glorioſiſſimam reddidit. III. Coronata à Spiritu Sancto, qui eam Amabiliſſimam præſtitit, ita ut Potentiſſima, Glorioſiſſima, Amabiliſſima omnium corda ad ſe trahat.

*Beneficiũ in cœlo.* THESIS V. *Aſſumpta eſt in cœlum.* Eccleſ. Mundus Deum clementiorem, benigniorémque nunquam ſenſit, neque majoribus beneficijs ab eo unquam,

quam affectus fuit, quàm à quo tempore in cœlum aſſumpta eſt MARIA, quia defuit Canalis, per quem è cœlo Divinæ ad nos gratiæ defluerent, hinc tantùm rorabant cœli, & guttatim gratiæ veniebant. *Euſeb. Nierenbergius S. J. de Amore erga B. V. c. 2.*

THESIS VI. *MARIA optimam partem elegit.* Luc. 10. v. 42. Videlicet, poſtquam illi Filius dimidium Regni ſui obtulit; Regnum verò Chriſti in duabus partibus conſiſtit, in *Juſtitia*, & in *Miſericordia*, cùm ſit Judex, & Redemptor Mundi. Data nunc optione: *Dimidium Regni tibi dabo*, MARIA optimam partem elegit, nempe *Miſericordiam*, *Juſtitiam* Chriſto ſibi reſervante. *Miſericordia.*

THESIS VII. *Salvabit animam ejus à morte.* Jacob. 5. v. 20. Conſummata felicitas eſt mori ſub Protectione B. V. Nam illa potens eſt vincere geminos hoſtes capitaliſſimos felicis mortis noſtræ. I. Iram Dei, irritatam à præteritis peccatis noſtris. II. Libertatem morientem, & debilitatam, & deſperantem propter peccata noſtra. *Biroat.* *Patrona morientiū.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Gloria B. V. THESIS VIII. *Non eſt talis Mulier ſuper terram.* Judith. 11 v. 19. Una fœminarum in omni ævo Lacedæmonia reperitur, quæ I. Regis *Filia*, II. *Uxor* Regis. III. Et *Mater* Regis fuit. *Plinius de ſumma felicitate.* Bellè applicari poterit de B. V., quæ Filia Regis Regum, Mater Regis Judæorum, Sponſa Spiritûs plusquam principalis ac Regij extitit.

B. V. Caſtellum. THESIS IX. *Intravit JESUS in quoddam Caſtellum.* Luc. 10. v. 37. Hoc Caſtellum MARIA dici poteſt, cujus *Foſſa* Humilitas; *Vallum* Virginitas; *Murus* Temperantia; *Propugnacula* Juſtitia, & fortitudo; *Armarium* Clementia; *Tormenta* Charitas; *Turris* Confidentia in Deum; *Specula* Fides; *Sacellum* Religio. *Faber hic Conc.* 2.

Patrocinium. THESIS X. *Dic ergo illi, ut me adjuvet.* Luc. 10. v. 40. Patrocinium B. V. I. *Potentiſſimum.* II. *Liberaliſſimum.* III. *Univerſale.* *Id. hic Conc.* 7.

Virtutes B. V. THESIS XI. *Trahe me poſt te, in odorem curremus* &c. Cant. 1. v. 3. Scilicet in odorem virtutum tuarum,

quarum ab Evangeliſtis decem, velut præcipuæ annotantur: I. *Caſtitas*: Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco? II. *Prudentia*: Cogitabat, qualis eſſet iſta ſalutatio? III. *Humilitas*: Ecce Ancilla Domini. IV. *Fides*: Beata quæ credidiſti. V. *Gratitudo*: Magnificat anima mea Dominum. VI. *Obedientia*: Fiat mihi ſecundùm Verbum. VII. *Paupertas*: Pannis eum involvit, & reclinavit in præſepio. VIII. *Patientia*: Pater tuus, & ego dolentes quærebamus. IX. *Pietas*: Vinum non habent. X. *Conſtantia*: Stabat juxta crucem. *Auriemma S. J. part. 1. c. 24. Affectus mutui.*

THESIS XII. *Veni, coronaberis.* Cant. 4. v. 8. Regina Angelorum, Regina Patriarcharum, Regina Prophetarum, Regina Apoſtolorum, Regina Martyrum, Regina Confeſſorum, Regina Virginum, Regina Sanctorum omnium. *Vide Miechovienſem in Litan. Lauret.* *Regina.*

THESIS XIII. *Aſſumpta eſt.* Eccleſ. Duplex Feſtum celebrat Eccleſia: Feſtum Aſſumptionis, ſeu *Aſcenſio,* *Feſtum B. V.*

*nis.*

*nis*, & Feſtum *Deſcenſionis* B. V. Illud hodie, iſtud 24. Januarij in Hiſpania: Illud ipſius eſt, hoc noſtrum feſtum eſt. Vide Ribadeneira in Flore Sanctorum. *Studeamus & nos ad ipſum per eam aſcendere, qui per ipſam ad nos deſcendit. S. Bern. Sen. ſerm. 2. de Adv.* Huc facit Exordium Concionis de Capillis B. V. P. *Knellinger*.

*Mors ejus.* THESIS XIV. *Aſſumpta eſt*. Eccleſia. I. MARIA in Morte *Naturæ Miraculum*. II. In Reſurrectione *Gratiæ Miraculum*. III. In Aſſumptione *Gloriæ Miraculum*.

*Gloria Virginis.* THESIS XV. *Aſſumpta eſt*. Eccleſia. Triplex Aſſumptio eſt Beatæ Virginis. I. Corpore & Anima in cœlum ad ſummam Beatitudinem. II. Ad ſingulare homagium Cultûs proprij, qui dicitur Hyperdulia. III. Ad Communionem Omnipotentiæ Dei in Cooperatione ad omnes effectus Gratiæ.

*Amor Dei in illam.* THESIS XVI. *Multæ filiæ congregaverunt divitias, Tu ſupergreſſa es univerſas.* Prov. 1. v. 29. Deus pro amore ſuo immenſo erga MARIAM omnibus donis *Naturæ*, *Gratiæ*, & *Gloriæ* eam

eam ditavit, quantùm Creatura pura capax fuit, conſtituendo ipſam Dominam Naturæ, Theſaurariam Gratiæ, Arbitram Gloriæ. Et quidem I. *Dominam Naturæ*, teſte Damaſceno *l.* 4. *de fide c.* 15. MARIA rerum omnium conditarum facta eſt Domina, cùm Mater extitit Salvatoris. II. *Theſaurariam Gratiæ*, teſte S. Bernardino Sen. *ſerm.* 61. Omnis gratia, quibus vult; quando vult, quomodo vult, & quantum vult, per Manus ipſius adminiſtratur. III. *Arbitram Gloriæ*, teſte Anſelmo, concedendo illi privilegium introducendi in cœlum, quoscunque voluerit, hinc *Janua cœli* appellatur, quia per ipſam intrat, qui ſalvatur. Sic Deus dilexit Virginem. Diotallevi *Conſid.* 13. *de Beneficentia Dei punct.* 2.

THESIS XVII. *Pretioſa in conſpectu Domini Mors. Pſ.* 115. v. 15. *Mors in amore.*
Tranſitus B. V. qualis fuerit, vel inde colligi poteſt, quòd mors tripliciter contingere poſſit. I. *In Amore*, ſcilicet Habituali, qui ſanctificat animam. II. *Cum Amore* actuali, quando actu cogitat, & inhæret Objecto ſuo Amato,

ita, ut neque Mortis dolores animam à Sponſo ſuo ſeparent. III. *Ex Amore*, quando Amor cauſa eſt mortis, & talis fuit mors B. V.

THESIS XVIII. *Deſiderium habens diſſolvi, & eſſe cum Chriſto.* Philip. 1 v. 23. I. MARIA *Moriens* exemplum nobis præbet Separationis ab omni re creata, qua nos ad mortem præparare debemus. II. MARIA *Triumphans*, idæam Gloriæ nobis præbet, ad excitandum deſiderium perpetuum cœleſtis gloriæ. *Bretteville.*

THESIS XIX. Tribus privilegijs mors B. V. à Deo exornata fuit. I. Incorruptione Carnis. II. Reſurrectione à morte. III. Exaltatione in cœlo ad Dexteram Filij ſui. *Bretteville.*

# FESTUM S. BARTHOLOMÆI Apoſt.

*Ejus Martyrium.* THESIS I. *Patimur, ut & conglorif-*

*rificemur*. Rom. 8. v. 17. S. Bartholomæus Chriſtum imitatur. I. In Martyrij *Univerſalitate*, quia per totum corpus dolores ſe extenderunt. II. In Martyrij *Acerbitate*, qualem ſenſit in detractione cutis. III. In Martyrij *Diuturnitate*, quia diu excruciatus tandem abſciſſione capitis finijt. *Vivien in Tertull. Prædic.*

THESIS II. *Communicantes Chriſti Paſſionibus gaudete.* 1. Pet. 4. v. 13. S. Bartholomæus Magiſtro ſuo Chriſto I. Pro Carne ſua lacerata obtulit Carnem excoriatam. II. Pro Carne ſua crucifixa reddidit Carnem ſacrificatam. *Bretteville.*

THESIS. III. *Elegit duodecim ex ipſis, quos & Apoſtolos nominavit.* Luc. 6. v. 13. S. Bartholomæus honorandus. I. Quia *Sanctus*, elegit eum Chriſtus. II. Quia *Apoſtolus*, Apoſtolos nominavit. III. Quia *Bartholomæus*, & quidem *Martyr*; Simonem... Philippum, & Bartholomæum. *Vide Fullonium in Indice Concionat. fol.* 85. *Honorandus.*

THESIS IV. *Pellem pro pelle.* Job. 2. v. 4. I. Qui non habet in ære, luat in *Satisfactio Deo facienda.*

in cute II. Qui non luit in cute, luet in anima. Nos omnes Deo obærati tot beneficijs &c. debemus, quia ſolvendo in ære non ſumus, in proprio corpore aliquid pati.

*Preces quotidianæ.* THESIS V. *Erat pernoctans in oratione.* Luc. 6. v. 12. Ter quotidie Deo ſacrificare debemus, juxta illud: *Manè* & *Veſpere* & *Meridie* narrabo &c. I. Eſt igitur Oratio *Matutina* Sacrificium primum. II. Oratio *Veſpertina* Sacrificium alterum. III. Oratio *Nocturna* Sacrificium tertium, quia *horrendum eſt diem ſine oratione tranſigere*, teſte Tertulliano.

*Devotio vera.* THESIS VI. *Pernoctans in oratione.* Luc. 6. v. 12. Devotionis veræ tres qualitates ſunt. I. Conſtantia. II. Humilis Simplicitas. III. Fœcunditas in Operibus virtutum. *Fullonius in Indice Concionat. fol.* 85.

*Religio Catholica.* THESIS VII. *Elegit duodecim ex ipſis, quos & Apoſtolos nominavit.* Luc. 6. v. 13. Religio Catholica I. *Vera* eſt, quia Catholica; à Chriſto ad nos derivata; Martyrum conſtantiâ confirmata; unanimi doctiſſimorum Virorum

rum conſenſu approbata. II. *Sancta* eſt, quia licentiam peccandi excludit; magnificè de Deo ſentit; mirificè Deum honorat; ad Sanctitatem perducit. III. *Mirabiliter ſtabilita, & propagata*, nempe Sanctitate primorum Chriſtianorum; Verbi Divini prædicatione; Miraculorum operatione; Speciali Dei Aſſiſtentiâ. *La Selve Dom. 6. poſt Epiphan.*

THESIS VIII. *Elegit Bartholomæum.* Luc. 6. v. 14. Apoſtolus hic primùm *crucifixus*, deinde *excoriatus*, denique *capite plexus fuit*. I. *Bona fortunæ* reliquit, ut Chriſtum ſequeretur. II. *Bona corporis*, ut ipſa cute ſpoliatus ſe ejus honori ſacrificaret. III. *Bona Mentis*, ut intellectum & voluntatem propriam Deo immolaret. *Craßet in Conſid. hoc feſto.* *Sacrificiũ.*

THESIS IX. *Qui vexabantur à Spiritibus immundis, curabantur.* Luc. 6. v. 18. Luxuria I. Vitium eſt, quod Deus omni tempore manifeſtis Iræ ſuæ ſignis perſecutus eſt. II. Vitium eſt, cujus ne quidem ſuſpicionem in ſe cadere inter tot falſas accuſationes paſſus *Luxuriæ.*

eſt.

eſt. III. Vitium eſt, quod Sancti extraordinario odio averſati ſunt. *Diction. Apoſt.*

*Commune vitium.* THESIS X. *Qui vexabantur immundis Spiritibus.* Luc. 6. v. 18. Impuritas I. Vitium eſt omnis Sexûs. II. Vitium eſt omnis Ætatis. III. Vitium eſt omnis Conditionis. *Ibid.*

*Paſſio periculoſa.* THESIS XI. *Qui vexabantur &c.* Luc. 6. v. 18. I. Non eſt paſſio, quæ tam facilè excitari, & accendi poteſt ſicut impura concupiſcentia. II. Sed neque eſt paſſio, quæ tam difficulter extingui valet, ſicut impuritas. *Ibid.*

*Mali effectus.* THESIS XII. *Qui vexabantur &c.* Luc. 6. v. 18. I. Impuritas modico imò breviſſimo temporis ſpatio ingentes progreſſus facit, ac incrementa capit. II. Etiam optimè conſtituta ac ſtabilita concutit, & evertit. III. Quæque priùs in admiratione & æſtimatione erant, deformat, & deturpat. *Ibid.*

*Timendū omnibus.* THESIS XIII. *Qui vexabantur &c.* Luc. 6. v. 18. I. Nullum vitium eſt, quod hominem ita ad extrema tentan-

da

da adigit, quàm Impuritas. II. Nullum vitium eſt, quod ita pœnitentes timore relapsûs anxios facit, quàm iſtud. III. Nullum vitium eſt, quod ita Fidelitatem Juſtorum exercet, ac probat, quàm iſtud. *Id.*

THESIS XIV. *Qui vexabantur* &c. Luc. 6. v. 18. I. Timendum eſt, ne minùs quàm ſatis eſt, hoc vitium timeatur. II. Erubeſcendum eſt, quòd non ſatìs de hoc vitio erubeſcamus. III. Pœnitendum eſt, quòd non ſatìs hoc vitium deteſtemur. *Id. ibid.*

# FESTUM SS. ANGELOR. CUSTOD.

THESIS I. *Angeli eorum.* Matth. 18. v. 10. I. Angeli noſtri Cuſtodes ſunt noſtri *in itinere Socij*, quia ſemper nobis præſentes exiſtunt, atque hinc eorum præſentiam obſervare *Beneficia Angelor.*

&c

& honorare debemus. II. Sunt *Miniſtri* noſtræ *Salutis*, & ſemper pro nobis laborant, atque ſic eorum actiones imitari debemus. III. Sunt *Defenſores bonorum* ac commodorum noſtrorum, & quotidie pro nobis pugnant, atque ex eo illis cooperari debemus rem noſtram agendo. *Durand. in Character. Sanctor.*

*Verus Amicus.* THESIS II. *Angeli eorum.* Matth. 18. v. 10. Amicitia S. Angeli Cuſtodis eſt I. Amicitia, commodi ſui non ſtudioſa. II. Amicitia, quæ non eſt impatientiæ ſubjecta. III. Amicitia, quæ non blanditur.

*Beneficia.* THESIS III. *Angeli eorum.* Matth. 18. v. 10. I. Non habemus *Superiores*, qui tam validè nos poſſunt protegere, quàm Angelos. II. Non habemus *Amicos*, qui nos ita valent conſolari, quàm Angelos. III. Non habemus *Directores*, qui meliùs poſſunt nos inſtruere, quàm Angelos. IV. Non habemus meliores in via *Duces*, quàm Angelos, qui nos ſecuriùs ad metam perducant.

*Officia.* THESIS IV. *Semper vident faciem Pa-*

*Patris.* Matth. 18. v. 10. I. JESUS *Chriſtus* non habet fideliores Servos, quàm Angelos, qui ſunt adminiſtratorij Spiritus. II. *Homo* non habet Directorem perfectiorem, quàm Angelum. III. *Dæmon* non habet Inimicum potentiorem, & magìs invincibilem, quàm Angelum.

THESIS V. *Angeli eorum.* Matth. 18. v. 10. I. Angeli *Hoſtes* ſunt omnis generis peccatorum, hinc quovis abſtinendum. II. Angeli ſunt *Defenſores* omnigenarum Virtutum, hinc illis maximè ſtudendum pro conſervanda illorum amicitia. *Hoſtes peccati.*

THESIS VI. *In manibus portabunt te &c.* Pſ. 90. v. 12. Acceptum Beneficium æternæ memoriæ inſigendum eſt.. Sapiens omnia examinabit ſecum, *quantum* acceperit, *à quo, quando, ubi, quomodo.* Itaque negamus quemquam ſcire gratiam referre, niſi Sapientem. *Verba ſunt Senecæ ad Lucil.* *Beneficia.*

THESIS VII. *Angeli eorum.* Matth. 18. v. 10. Eſt I. Angelus Confortans. Luc. 22. II. Angelus Coarctans. Pſ. 34. III. Angelus Perſequens. *Officia.*

quens. Pſ. 34. Omnia in bonum, & ſalutem hominis.

*Cur exiſtant?* THESIS VIII. *Semper vident faciem Patris.* Matth. 18. v. 10. Angeli exiſtunt I. in *Archetypi Ornamentum*, quia Dei laudes decantant; Dei Nomen portant, Dei Majeſtatem repræſentant. II. In *Univerſi Complementum*, ob perfectam Naturæ dignitatem; ob innumerabilem multitudinem; ob admirabilem diſpoſitionem. III. In *Microcoſmi Bonum*, quia trinum gubernant corpus: Æthereum ſeu Naturale; Politicum, ſeu Civile; Myſticum, ſeu Supernaturale. *Vivien in Tertull. verb. Angeli.*

*Angeli eſſe debemus.* THESIS IX. *Erunt ſicut Angeli.* Matth. 22. v. 30. Ita eſt, Angeli aliquando eſſe debemus. I. Vel in numerum *Bonorum* Angelorum admittendi ad reparandam ruinam eorum, qui lapſi ſunt. II. Vel in numerum *Malorum* Angelorũ redigendi ad communem pœnam ignis, qui paratus eſt diabolo, & Angelis ejus.

*Omni amore nos diligunt.* THESIS X. *Angeli eorum.* Matth. 18. v. 10. Angeli I. Amore *Benevolentiæ*

*lentiæ* homines propter homines dil. gunt. II. Amore *Concupiſcentiæ* propter Angelos homines diligunt. III. Amore *Charitatis* propter Deum homines diligunt. *In ſupernis illis Spiritibus non ſolùm admirabilis dignitas, ſed dignatio amabilis; diligunt enim nos propter Deum, propter ſeipſos, & propter nos.* Ita S. Bern. *ſerm.* 1. *de S. Michaël. Vivien in Tertull. verb. Angeli.*

THESIS XI. *Angelis ſuis mandavit de te, ut cuſtodiant te in omnibus vijs tuis.* I. Angeli Iſraëliticum populum ex Ægypto ducentis ea maxima cura fuit, ne aut adureretur à ſole, aut careret luce. *Vieira part.* 1. *fol.* 81. Duplex ergo in Veteri Teſtamento præſtitit beneficium. II. At triplex in Novo Teſtamento: Angeli enim ſunt *Doctores* noſtri, qui nos erudiunt; *Protectores* noſtri, qui nos defendunt; *Advocati* noſtri, qui apud Deum pro nobis patrocinantur. *La Selve tom.* 4. *de Sanctis, Corporalia, & Spiritualia Beneficia S. Angeli Cuſtod. lege ſis in libro* Schutz-Engel-Hülff *ex titulis capitum facilè colligenda.* *Beneficia.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Negligentia in ejus cultu.* THESIS XII. *Angelis ſuis mandavit de te.* Pſ. 90. v. 12. Neglectus inter Sanctos videtur eſſe S. Angelus Cuſtos. I. Neglectus (id eſt oblivioni datus) ratione ſuæ Præſentiæ. II. Neglectus in noſtro Cultu. III. Neglectus quoad Fiduciam erga eum. *Alexand. Diotallevi de Beneficijs Divin. Conſid* 16. *num.* 5.

*Beneficia.* THESIS XIII. *Fecit eum Principem Amicorum.* 1. Machab. 11. v. 27. S. Angelus Cuſtos eſt noſter I. *Verus Benefactor*, qui gratis benefacit. II. *Verus Amicus*, qui non tantùm ſereno, ſed etiam nubilo tempore nobis aſſiſtit. III. *Verus Protector*, qui nos contra apertos & occultos hoſtes defendit.

THESIS XIV. *Angeli eorum.* Matth. 18. v. 10. Sancti Angeli Cuſtodes ſunt I. *Socij* noſtri itineris, quia ſemper nobiſcum ſunt; Veneremur eorum præſentiam. II. *Miniſtri* noſtræ Salutis, pro qua laborant omni modo ſine ceſſatione; Imitemur eorum actiones collaborando. III. *Defenſores* contra noſtros hoſtes pugnant; Pugnemus & nos ſub eorum directione, & protectione. *Durand.* 2. *Mart.*

FE-

# FESTUM NATIVITATIS B. V. MARIÆ.

*Sæculorũ certamen de Nativitate B. V.*

THESIS I. *Nativitas eſt hodie Sanctæ MARIÆ Virginis.* Eccleſ. in Laudib. Certabant inter ſe Sæcula (40.) quodnam MARIÆ ortu gloriaretur. S. Damaſc. Orat. de Nativ. Virg. Certè omnes Mundi Ætates prætenſiones ſuas argumentis non levibus fundabant, & quidem I. *Prima Ætas*, quæ illam in terra illa virgine, nunquam maledicta, nunquam ſeminata, & tamen Divinitùs fœcunda, item in illo Paradiſo, & arbore Vitæ &c. præfigurabat. II. *Secunda Ætas*, quæ illam in Arca Noërica, Columba, & Iride præſignabat. III. *Tertia Ætas*, quæ illam in Sara, Rebecca, Lia, Rachele præmonſtrabat. IV. *Quarta Ætas*, quæ illam in Arca Teſtamenti, Virga Aaronis, Stella Jacob, Vellere Gedeonis, Rubo Moyſis adumbrabat. V. *Quinta Ætas*, quæ illam in Throno



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Salomonis, & Templo deſignabat: *Non fuit tale Solium in univerſis Regnis.* 2. *Paral.* 9. VI. *Sexta Ætas* aliàs infeliciſſima facta eſt glorioſiſſima Ortu Auroræ, quæ nobis peperit Lucem, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc Mundum. *Tanta molis erat Negotium omnium Sæculorum parturire. S. Bern. ſerm.* 2. *de Annunt.* Vocat etiam S. Bernardus *ſerm.* 2. *de Pentec.* B. Virginem: *Negotium omnium Sæculorum. Joſeph. Salicetti S. J. in Mariali Theorico & Practico.*

*Quomodo hoc feſtum celebrandum?*

THESIS II. *In Nativitate ejus gaudebunt.* Luc. 1. v. 14. Diem Natalem celebrandi conſuetudo apud Gentiles recepta in celebratione Nativitatis B. V. ſanctificatur. Feſtivus autem apparatus apud eos in eo erat. I. Quòd candida veſte tota familia indueretur. II. Quòd liberalis Beneficentia Plebi exhiberetur. III. Quòd Solennes Plauſus, Gratulationes, Prognoſtica & Carmina Natalizanti offerrentur. IV. Quòd Convivia, & Salutus inter amicos inſtituerentur. Hæc ſi in pia opera convertantur ſcilicet Pœnitentiam, Eleemoſinam, varias virtu-

tes, Communionem &c. ritè Nativitas B. V. celebratur.

THESIS III. *Liber Generationis.* Matth. 1. v. 1. Varios libros nobis porrigit Deus; Nā Liber eſt I. Mundus. II. Lex ſcripta. III. Chriſtus. IV. Deipara. V. Conſcientia. VI. Liber Vita. *Math. Faber in Feſto Concept. B. V. Conc.* 1. *Liber.*

THESIS IV. *Beatam me dicent.* Luc. 1. v. 48. Cultus Deiparæ comprobatur omnium Suffragijs. I. A Deo. II. Ab Angelis. III. Ab Eccleſia. IV. A Sanctis. V. Ab Infidelibus, & Hæreticis. VI. à Creaturis inſenſibilibus. *Faber hic Conc.* 7. *Cultus.*

THESIS V. *Nativitas tua Dei Genitrix Virgo gaudium annunciavit Univerſo Mundo.* Eccleſ. Scilicet I. Mundo *Archetypo.* II. Mundo *Angelico.* III. Mundo *Parvo.* *Vide Indicem Raynaudi Concionatorium ſuper hoc Feſto.* *Nativitas gaudioſa.*

THESIS VI. *Nativitas glorioſæ Virginis.* Eccleſ. in Laud. Nativitas ejus fuit dies honoris, dies gaudij, dies terroris. I. *Dies Honoris* & Glo- *Honorifica.*

riæ, reſpectu MARIÆ. II. Dies Gaudij & Lætitiæ, reſpectu hominum. III. Dies Terroris & Triſtitiæ reſpectu Dæmonum, quibus fuit fatalis. *La Selve tom. 4. de Sanctis.*

*Terrifica.*

*Quintuplex.*

THESIS VII. *Nativitas glorioſæ Virginis. . . clara ex Stirpe David.* Eccles. Quintuplex Nativitas eſt, ſcilicet: I. Nativitas *Culpæ*; hæc eſt in Utero. II. Nativitas *Naturæ*; hæc eſt ex Utero. III. Nativitas *Doctrinæ*; hæc eſt in Evangelio. IV. Nativitas *Gratiæ*; hæc eſt in Baptiſmo. V. Nativitas *Gloriæ*; hæc erit in Judicio. *Hugo Card. ſuper Sap. c. 4.*

*Nomen B. V.*

THESIS VIII. *Nomen Virginis MARIA.* Luc. 1. v. 27. Quinque ſunt litteræ Nominis MARIÆ, quæ hæc ſignificant: M. Mater Univerſorum. A. Arca Theſaurorum. R. Regula Viatorum. I. Iaculum Inimicorum. A. Advocata Peccatorum. *S. Antonin. p. 4. tit. 15. c. 14. §. 3.*

*Dies Natalis.*

THESIS IX. *Beatam me dicent omnes generationes.* Luc. 1. v. 48. Natalis Beatæ Virginis fuit fatalis Dæmoni; & quidem meritò: non item fæ-

pe

pe aliis; ſic in die Natalitio occiſus eſt Sedecias à Nabuchodonoſor, Joannes ab Herode, Judas ab Antiocho, Piſtor à Pharaone. *Hugo Card. ſuper Gen.* 6. 40.

# FESTUM S. MATTHÆI Ap.

THESIS I. *Vidit hominem ſedentem in telonio.* Matth. 9. v. 9. Ex Telonario facere Apoſtolum videtur paradoxum: multò majus, ex Apoſtolo facere Telonarium, utrumque præſtitit Chriſtus in Matthæo, faciendo ex Telonario Mundi Apoſtolum, & Telonarium Dei. *Telonium.*

THESIS II. *Matthæum nomine.* Matth. 9. v. 9. S. Matthæus fuit I. Apoſtolus. II. Evangeliſta. III. Martyr. *Groſſez in Diario Sanctorum hoc feſto.* *Laus.*

THESIS III. *Matthæum nomine.* *Laus.*

Matth. 9. v. 9. Fuit Apoſtolus, Evangeliſta, & Martyr. I. Inter duodecim Apoſtolos difficillimus pro converſione, quia Publicanus. II. Inter Evangeliſtas primus, quia ſcripſit vitam Filij Hominis, ſcilicet Chriſti. III. Inter Martyres primus, qui mortuus eſt pro defenſione Virginitatis. *Durand. in Charactere Sanctor.*

*Evangelium.* THESIS IV. *Secundùm Matthæum.* Eccleſ. in Miſs. Quatuor dantur Pſeudo-Evangelia. I. Evangelium ſecundùm Diabolum. II. Evangelium ſecundùm Mundum. III. Evangelium ſecundùm Carnem. IV. Evangelium ſecundùm Hæreticos. *Groſſez. Diarium Sanctor. Feſto S. Marci. 25. April.*

*Divitiæ.* THESIS V. *Sedentem in telonio.* Matth. 9. v. 9. Concupiſcentia Divitiarum plerumque fons eſt Injuſtitiæ. I. Quia homines volunt diteſcere quodcumcunque modo, etiam iniquiſſimo. II. Quia diteſcendi nullum ſibi præfigunt finem ac terminum, nunquam dicunt: Sufficit. III. Quia brevi tempore divitias conquirere vo-

lunt. *Bourdaloüe S. J. fer. 5. Hebdom. 2. Quadrageſ.*

THESIS VI. *Ait illi: ſequere me, & ſurgens ſecutus eſt eum.* Matth. 9. v. 9. De Neceſſitate, Operationibus, & Triumphis Gratiæ Divinæ. *Vide ſupra feſto S. Joann. Bapt. theſ. 19.* *Gratia.*

THESIS VII. *Sedentem in telonio.* Matth. 9. v. 9. I. Divitiæ amatæ inquinant. II. Poſſeſſæ onerant. III. Amiſſæ cruciant. S. *Bern.* *Divitiæ.*

THESIS VIII. *Hominem ſedentem in telonio.* Matth. 9. v. 9. Divitias I. Oportet acquirere ſine injuſtitia. II. Oportet conſervare ſine jactura quietis. III. Oportet poſſidere ſine cupiditate. *Diction. Apoſt.*

THESIS IX. *Sedentem in telonio.* Matth. 9. v. 9. In omnibus Mundi Bonis I. Nulla invenitur Satisfactio. II. Nulla jucunda poſſeſſio. III. Nulla Conſtantia. *Bona Mundi.*

THESIS X. *Sequere me.* Matth. 9. v. 9. Vocat Deus ſex modis: I. *Interiùs,* per Inſpirationem. II. *Exte-* *Vocatio.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*riùs*, per Scripturas. III. *Superiùs*, per Promiſſiones. IV. *Inferiùs*, per Comminationes. V. *Anteriùs*, per Beneficia. VI. *Poſteriùs*, per Flagella. *Hugo Card. in Gen. c.* 28.

# FESTUM S. MICHAELIS Archangeli.

*Excellentia ejus.*

THESIS I. *Michaël unus de Principibus.* Dan. 10. v. 13. S. Michaël trinâ eminentiâ fulget: I. Supra *Angelos*, quorum eſt Superior. II. Supra *Dæmones*, quorum eſt Triumphator. III. Supra *Eccleſiam*, cujus eſt Protector: & quidem ſupra Angelos in dignitatis perfectione, in Imperij auctoritate, in prælatione: ſupra Dæmones, quia Luciferi luxuriam ſpiritualem charitate vicit, ſuperbiam humilitate ſuperavit, invidiam dilectione triumphavit: ſupra Eccleſiam, utpote Protector Eccleſiæ Chriſtianorum, Impe-

perij Romanorum, Monarchiæ Francorum. *Vvien in Tertull. verbo Angeli.*

THESIS II. *Michaël Archangelus.* Judæ. v. 9. Tria de eo ſunt mirabilia. I. Chriſtum in Stabulo primus Adoravit. II. Chriſtum in horto Conſolatus eſt. III. MARIAM in Aſſumptione tranſtulit in cœlum. Primum affirmat S. Chryſoſt. Secundum Metaphraſtes, Tertium Gregorius Turonenſ. *Vide Paul. Barry in Devotione erga Angelos cap. 7. fol.* 133. *& 126.* *Ejus facta.*

THESIS III. *Factum eſt prælium magnum.* Apoc. 12. v. 7. Triplex prælium Michaëlis cum Lucifero partim jam confectum, partim adhuc conficiendum legimus. I. *In Cœlo.* II. *In Incarnatione.* III. *In fine Mundi. Vide Cornel. à Lap. in Apocal. c.* 12. *fol.* 199. *col. 1. & fol.* 208. *Ejus prælium.*

THESIS IV. Nuſquam eſt ſecuritas, fratres, neque in Cœlo, neque in Paradiſo, multò minus in Mundo. I. *In Cœlo* enim cecidit Angelus ſub præſentia Divinitatis. II. Adam *in Paradiſo* de loco Voluptatis. III. Judas *Securitas nullibi.*

das *in Mundo* de Schola Salvatoris. *S. Bern. ſerm. de ligno, fœno, & Stipula.*

*Diaboli tres damnationes.* THESIS V. *Projectus eſt Draco.* Apoc. 12. v. 9. Tres ſunt damnationes diaboli. I. Quando de cœleſti Beatitudine propter iniquitatem fuit dejectus. II. Quando per Mortem Chriſti genus humanum de ejus poteſtate fuit ereptum. III. Tertia damnatio erit, quando in Infernum cum omnibus impijs in æternum cruciandus demergetur. S. Ambroſ. in c. 20. Apocal. Et in omnibus his S. Michaël de diabolo triumphat.

*Ejus ſequaces.* THESIS VI. *Quis ut Deus?* Quatuor Luciferi dantur. I. Qui Arcana Dei inveſtigare volunt. II. Qui judicare audent proximos. III. Superbi, & Libertini. IV. Qui peccato mortali offendunt Deum. Omnes hi terrentur nomine Michaëlis, ſicut reſte Ulyſſe Aldrovando l. 13. Ornitholog. Pavo ſua voce terret venenata animalia. *Faber in auctar. hic. Conc. I.*

*Virtutes S. Michaëlis.* THESIS VII. *Conſurget Michaël Princeps.* Dan. 12. v. 1. Virtutes S. Michaëlis Luciferi vitijs oppoſi-

ta

tæ magìs eluceſcunt. I. *Humilitas* ipſius de Luciferi Superbia triumphavit. II. *Submiſſio* ipſius de illius Inobedientia III. *Gratitudo* ipſius de illius Ingratitudine victoriam retulit.

THESIS VIII. *Michaël unus de Principibus.* Dan. 10. v. 13. I. Sanctus Michaël eſt Defenſor Jurium Divinorum. II. Eſt Angelus Tutelaris, Eccleſiæ. III. Eſt Patronus Agonizantium. *Bretteville.* *Ejus officia.*

THESIS IX. *Michaël & Angeli ejus præliabantur.* Apoc. 12. v. 7. Triplex triumphus S. Michaëlis ex triplici damnatione diaboli claret, cujus I. Prima damnatio eſt, quando de cœleſti Beatitudine propter iniquitatem ſuam eſt dejectus. II. Secunda damnatio fuit, quando per mortem Chriſti Genus humanum de ejus poteſtate eſt ereptum. III. Tertia damnatio erit, quando in infernum cum omnibus impijs in æternum cruciandus demergetur. *S. Ambroſ. in c. 20. Apocal.* *Luciferi triplex damnatio.*

THESIS X. *Projectus eſt.* Apoc. 12. v. 9. Quare peccatum momentaneum *Peccati pœna æterna.*

neum ſupplicio æterno à Deo puniatur? *Vide ſis Garzia tom.* I. *Conc.* 30. §. 4.

*Omnipotentia.* THESIS XI. *Depoſuit potentes de Sede.* Luc. 1. v. 52. Divina Omnipotentia ſuam vim vel maximè in eo ponit, ac oſtendit: I. Quòd ex *Nihilo* aliquid. II. Et viciſſim ex *aliquo* Nihil faciat, ſeu aliquid annihilet. Sic deponit potentes, qui ſe aliquid eſſe putant, & exaltat humiles, qui ſe nihili reputant.

*Via ad Cœlum.* THESIS XII. *Projectus eſt Draco ille magnus.* Apoc. 12. v. 9. I. Via ad Infernum tendit ſurſum. *Surgam &c. Aſcendam &c.* II. Via ad Cœlum deorſum vergit. *Excelſa eſt Patria, ſed humilis eſt via. S. Aug.*

*Humilitas.* THESIS XIII. *Similis ero Altiſſimo.* Iſai. 14. v. 14. Ambitio diverſam cum humilitate ſortem ſubit; I. Humiles ſublimantur *ad Gratiam*, ſuperbi labuntur in peccatum. II. Humiles *ad Filiationem Dei* elevantur, ſuperbi in dæmonis ſervitutem proſternuntur. III. Humiles *in Cœlum* eve-

evehuntur, ſuperbi in infernum projiciuntur. *Vivien. verbo Ambitio.*

THEIS XIV. *Michaël Princeps Magnus.* Dan. 12. v. 1. Michaël eſt Magnus. I. Per Deum, à quo ſublimatur. II. Inter Angelos, quibus præeſt. III. Supra homines, quos protegit. *La Selve tom. 4. de Sanct.* *Excellentia ejus.*

THESIS XV. *Michaël Princeps.* Dan. 12. v. 1. I. *Rex Regum* ex omnibus Subditis ſuis non habet, in quo Submiſſio perfectior ſit, quàm Michaëlem, II. *Salvator Hominum* non habet ex Coadjutoribus ſuis, cujus charitas humilior ſit, quàm Michaëlem. III. *Deus exercituum* non habet Belli Ducem, cujus generoſitas, & virtus perſpectior ſit, quàm Michaëlem. *Laus.*

THESIS XVI. *Diabolo, & Angelis ejus.* Matth. 25. v. 41. I. Imitatorum genus nullum abſurdius, quàm illorum, qui diabolum imitantur, affectando cum eo aliquam Independentiam. II. Odioſum magìs nullum, quàm illorum, qui cumipſo eatenus gaudium habent, ſi omnibus alijs damnum inferre poſſint. III. *Imitatores diaboli.*

Nul-

Nullum infelicius eorum, qui velut ipſe incorrigibiles ſunt. *Diction. Apoſt.*

*Pugna cum diabolo.*

THESIS XVII. *Michaël Princeps veſter.* Dan. 18. v. 21. I. Diabolus *Princeps tenebrarum* in inſidijs ſemper latet, lumen neceſſarium habemus ad detegendas ejus machinationes; S. Michaël eas nobis detegit. II. *Inimicus noſter* eſt, qui omnia adhibet media ad nocendum, ut eum vincamus, neceſſe eſt, ut omnia timeamus: S. Michaël nobis exemplo præit. III. *Hoſtis* eſt, qui in pugnando pertinax eſt, oportet ei reiſiſtere perpetuò, exemplô S. Michaëlis. *Id.*

*Humilitas.*

THESIS XVIII. *Quis ut Deus?* I. Conſiderando nos ut *homines*, cogitare oportet, quòd noſtram excellentiam aliter non perdiderimus, quàm perdendo Humilitatem. II. Conſiderando nos ut *Chriſtianos*, exiſtimare debemus, quòd tota noſtra excellentia ſita ſit in Humilitate. III. Conſiderando nos ut futuros *Angelos*, nobis perſuadeamus, quòd eò pertingere non valeamus niſi per Humilitatem. *Id.*

FE-

# FESTUM SS. SIMONIS & JUDÆ Apoſt.

THESIS I. *Vos Amici mei eſtis, ſi feceritis.* Joan. 15. v. 14. Oportet ſemel bene concluſum in effectum deducere. I. Ut verò bene ſtatuamus omnibus ritè perpenſis, invocemus S. Simonem, qui interpretatur *Vir Conſilij.* II. Ut autem perficiamus, fortitudine opus eſt, hinc invocandus S. Judas, qui interpretatur *Fortis viribus.* *Propoſitũ.*

THESIS II. *Nonne hic eſt faber, Filius MARIÆ, Frater Judæ, & Simonis.* Marc. 6. v. 3. Non mirum, quòd Mundus ita abjectè de Chriſto ſentiat, Fabríque filium appellet, conſtat enim I. Antipathia Mundi cum Chriſto. II. Sed & Antipathia Chriſti cum Mundo. *Vide hoc Feſto Jahoda S. J.* *Antipathia.*

THESIS III. *Si de Mundo fuiſſetis, Mundus, quod ſuum erat, diligeret.* Joan. *Mundi Amicitia.*

15. v. 19. I. Amicitia Mundi commodi tantùm *ſui ſtudioſa eſt*, vulgò *intereſſata*, quia non niſi ſuam inde quærit utilitatem, ac bonum. II. Amicitia *periculoſa* eſt, quia nos ad mala incitat ac impellit. III. Amicitia *fragilis* eſt, quia pro nihilo tollitur, & abrumpitur. Vide S. Aug. l. de Amicit. c. 2. ubi ita: *Amicitia æterna eſt, ſi vera eſt*, Vectigalis non eſt, inquit S. Ambroſ. de Offic. c. 21. *Multi colunt perſonam Potentis, & amici ſunt dona tribuentis. Prov. 19. v. 6.* Non eſt vera amicitia, ſed mercatura quædam utilitatum ſuarum. *Cicero lib. de Natura Deor.*

*Officium Apoſtolorum.* THESIS IV. *Elegi vos de Mundo, propterea odit vos Mundus.* Joan. 15. v. 19. *Agere, Pati, Mori* Apoſtolorum eſt, id quod in geminis his Apoſtolis præ oculis habemus, qui has functiones I. Promptè executi ſunt. II. In tribulationibus conſtantes fuerunt. III. Et fortiter mortem ſuſtinuerunt.

*Amicitia Mundi.* THESIS V. *Si de Mundo fuiſſetis.* Joan. 15. v. 19. Mundi amatores nunquam ſatiantur, non ſuperbi, non

non avari, non luxurioſi &c. *Math. Faber Dom. 6. poſt Pent. Conc. 5.*

THESIS VI. *Odit vos Mundus.* Joan. 15. v. 19. I. Aliqui ſunt, qui Mundo illudunt. II. Aliqui ſunt, quibus Mundus illudit. *Vide Engelgrave in Cœlo Empyr. in fine Conc. de Commun. Confeſs.* *Illuſio Mundi.*

THESIS VII. *De Mundo non eſtis, ſed ego elegi vos de Mundo.* Joan. 15. v. 19. Mundus eſt veluti corpus aliquod ex quatuor elementis compoſitum. I. *Avaritia*, quæ animas in terram curvas terrena appetere facit, optimè *Terram* repræſentat. II. *Luxuria* elementum *Aquæ* exhibet, quæ undique ſe diffundit, & omnia inundat. III. *Inconſtantia Aërem* notat, qui in perpetuo motu, & agitatione verſatur. IV. *Superbia* denique *Ignem* agit, qui ſemper ſurſum tendit, & alta petit. *S. Anton. de Padua.* *Mundi elementa temporalia.*

THESIS VIII. *Propterea odit vos Mundus.* Joan. 15. v. 19. Impro. peria Mundi ſunt Encomia Juſtorum. *Vide libell. Excidium Idoli. l. 5. c. 1.*

THESIS IX. *Propterea odit vos*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Mundus.* Joan. 15. v. 19. I. Placere aliquibus eſt *poſſibile*. II. Placere multis *difficile*. III. Placere omnibus *impoſſibile. Seneca.*

*Contemptus Mundi.*

THESIS X. *De Mundo non eſtis.* Joan. 15. v. 19. Spernere Mundum, Spernere Nullum, Spernere ſeſe, Spernere Sperni, magnum Viri Magni effatum eſt, & doctrina.

*Mundi & Dei aſſeclæ.*

THESIS XI. *De Mundo non eſtis, ſed ego elegi vos de Mundo.* Joan. 15. v. 19. I. Sunt *Sectatores Mundi*: qui in veſtitu ſuam gloriam quærunt, qui in corradendis opibus ſuam felicitatem collocant, qui è vindicta gloriam aucupantur, qui pro libertate carnis pugnant. II. Sunt *Sectatores Dei*: qui ſua libenter communicant, qui cultum animæ potiùs, quàm corporis quærunt, qui juramentis abſtinent, qui inter ſe unanimes vivunt. *Faber. Feſto S. Marci Conc. I.*

*Amici veri, falſi.*

THESIS XII. *Vos Amici mei eſtis.* Joan. 15. v. 14. I. Sunt *Inimici ſpecie* tenus, reapſe noſtri veri Amici. II. Sunt *Amici ſpecie* tenus, reapſe noſtri Inimici. Primi ſunt ſicut Medici, qui

qui ſanitatem ſecando, & urendo nobis procurant; Secundi ſunt ſicut Matres per omnia filio indulgentes, atque ita nocentes.

THESIS XIII. *Vos Amici mei eſtis.* Joan. 15. v. 14. Qui amicitias appetit JESU, multorum ſciat ſibi inimicitias tolerandas. Origenes *hom. 21. in Joſue.* Scilicet I. Inimicitiam Diaboli. II. Inimicitiam Mundi. III. Inimicitiam Carnis. *Amicus Christi mundi inimicus.*

THESIS XIV. *Odit vos Mundus.* Joan. 15. v. 19. Noli credere, minùs fidere Mundo, cujus blanditiæ, & civilitates ſunt ſplendidæ, magnam ſpem faciunt: verùm I. Primum Munus ſunt *Promiſſa.* II. Secundum ſunt *Excuſationes.* III. Tertium ſunt *Contemptus.* IV. Poſtremum *Proditio. Conſilia Sapientiæ ſeu Axiomata Salomonis tom. 1. axiom. 7.* *Mundi falſitas.*

THESIS XV. *Odit vos Mundus.* Joan. 15. v. 19. Adverſitates proſunt nobis. Nam I. Timorem Judiciorum Dei excitant. II. Vitæ præſentis amorem minuunt. III. Pretium æternæ Felicitatis oſtendunt. *Adverſa.*

THESIS XVI. *Odit vos Mundus.* Joan. 15. v. 19. I. *Pœnitentes* debent excipere adverſitates, veluti remedia ſpiritualium ſuarum infirmitatum. II. *Juſti* accipere, velut mercedem operum bonorum. III. *Perfecti* eas prenſare, velut præludia majorum ſecuturarum adverſitatum.

*Odium.* THESIS XVII. *Odio habuerunt me gratis.* Joan. 15. v. 25. I. Odium *timorem incutit*, ut timeamus, à quibus timeri volumus. II. Odium *excæcat*, ut peccata grandia æſtimemus actiones optimas illorum, quos odio habemus. III. Odium *indurat*, ut non agnoſcamus merita eorum, & bonitatem, qui noſtram averſionem non ſunt promeriti. *Diction. Apoſt.*

*Creaturæ.* THESIS XVIII. *Si de Mundo fuiſſetis.* Joan. 15. v. 19. Tria hæc: *Fides, Spes, Charitas*, etſi virtutes ſint Theologicæ, & apices virtutum, ſi Deum reſpiciant, ſunt omnino tria vitia abominabilia, ſi reſpiciant Creaturas. *Conſilia Sapientiæ ſeu Axiomata Salomonis.*

THE-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

THESIS XIX. *Confeſſus bonam Confeſſionem.* 1. Tim. 6. v. 12. Judas interpretatur Confeſſio. Sicut ergo duo Judæ Thaddæus, & Iſcariotes, ſic bona, & mala Confeſſio datur. Non vacat Myſterio, inquit S. Paſcaſius in cap. 11 Lucæ. Ut in uno daretur norma bene Confitentium, & in altero malè Confitentium. *Confeſſio.*

# FESTUM OMNIUM SANCTORUM.

THESIS I. *Beati.* Matth. 5. v. 3. Beatitudo Sanctorum in Cœlo conſiſtit. I. In *Unione.* II. In *Viſione.* III. In *Dilectione.* *Vivien in Tertull. Prædic.* *Gaudia Cœli.*

THESIS II. *Beati.* Matth. 5. v. 3. In cœlo omnia *Summa* ſunt, *Vera* ſunt, *Æterna* ſunt, inquit S. Aug. in Pſ. 49. Scilicet; I. Summa in perfectione. II.

Vera in æſtimatione, III, Æterna in duratione, *Id.*

*Eccleſia trium-phans.*

THESIS III. *Gaudete, & exultate.* Matth. 5. v. 12. Confidere debent peccatores in Auxilio Eccleſiæ Triumphantis, ubi habent I. Mediatorem benigniſſimum Patrocinantem. II. Matrem benigniſſimam Auxiliantem, III. Cœtum Fidelium Orantem. *Vivien in Tertull, verbo Spes.*

*Imitatio Sanctorũ.*

THESIS IV. *Ut nosmetipſos formam daremus vobis ad imitandum nos.* 2. Theſſal. 3. v. 9. Sancti per imitationem in nobis reviviſcunt. I. *Generantur* enim, cùm moribus concipiuntur. II. *Grandeſcunt*, cùm ſimilitudo perſeverat. III. *Moriuntur* etiam, cùm ſimilitudo deſtruitur.

*Victoria Sanctorũ.*

THESIS V. *Vicerunt Regna, operati ſunt Juſtitiam, adepti ſunt repromiſſiones.* Hebr. 11. v. 33. Eccleſia repræſentat hodie I. Illorum *Pugnam* in hac vita, ut nobis exprobret noſtram Deſidiam. II. Illorum *Victoriam* in Morte, ut in nobis animum excitet. III. Illorum *Triumphum* in cœlo, ut ad imitationem incitet.

THE.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

THESIS VI. *Beati, qui perſecutionem patiuntur.* Matth. 5. v. 10. I. Tribulationes hujus temporis exacuerunt in Sanctis deſiderium cœleſtis Patriæ. II. Spes cœleſtium gaudiorum animos addidit ipſis perferendi haſce miſerias & perſecutiones. *Bretteville.* *Cœlum confortans Sanctos.*

THESIS VII. *Voluntas Dei Sanctificatio veſtra.* 1. Theſſ. 4. v. 3. Tria eſſe genera Sanctitatis, dicebat Philo Judæus, unam terræ, cœli alteram, tertiam Dei. I. Illa *Terra* Judaica eſt, quæ hæret tantùm in exterioribus, & ad pompam & oculos omnia facit. II. Iſta *Cœli* Philoſophica eſt ſeu Moralis, quæ interior quidem eſt, ſed ibi hæret ſcilicet in honeſti amore, in rationis ductu, ad Deum non aſcendit. III. Hæc *Dei* Chriſtiana eſt, quam S. Thomas 2. 2. q. 81. a. 8. deſcribit: *Sanctitas dicitur, per quam mens hominis ſeipſam, & actus ſuos applicat Deo.* Vide *Fullonium Commentar. ad 2. Machab. 1. Sect. 5. ad finem.* *Sanctitas triplex.*

THESIS VIII. *Sanctificatio veſtra.* 1. Theſſ. 4. v. 3. *Sanctus vel ubique, vel nullibi:* Sicut enim, qui in u- *Sanctus in omnibus.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

no offendit, eſt omnium reus, & Legem dicitur eſſe transgreſſus; ſic qui in uno Legis jota deficit, Legem non implevit, certè perfectè non obſervavit, neque eſt Perfectus, hoc eſt: *Sanctus*.

*Salutatio varia.*

THESIS IX. *Salutant vos omnes Sancti.* 2. Cor. 13. v. 12. Quid interſit inter Salutationem factam ab Hominibus, Sanctis, & à Deo, rogas? dicam: I. *Homo* ſalutando bene optat; éſtque ſalutatio hominis merum votum. II. *Sanctus* ſalutando bene precatur; éſtque Sancti ſalutatio ſimul oratio. III. *Deus* ſalutando benefacit; éſtque ejus ſalutatio ipſius ſalutis impertitio, ſeu communicatio.

*Sanctorũ Societas.*

THESIS X. *Sanctorum Communionem.* Symb. Apoſt. Etſi in cœlo non eſſet Beatitudo eſſentialis, neque accidentales pleræque, ſola Sanctorum ſocietas ſufficeret, ut quidquid in hoc mundo voluptatis eſt, contemneremus; quàm enim delectat I. Societas Nobilium. II. Societas Doctorum. III. Societas Suavium. IV. Societas Sincerorum &c. *Fullon. in lib. Machab. in Indice Concionat. fol. 93. col. 1.*

THE-

THESIS XI. *Deus in Sanctis ſuis.* Pſ. 67. v. 36. I. Eſt *Mirabilis*, oſtendendo in illis Potentiam ſuam. II. Eſt *Amabilis*, communicando illis de Perfectionibus ſuis. III. Eſt *Placabilis*, exaudiendo Preces eorum. *Quanti apud Deū.*

THESIS XII. *Beati.* Matth. 5. v. 3. Iſti enim ſunt tres ſtatus Eccleſiæ. I. Status videlicet *Pœnitentiæ.* II. *Juſtitiæ.* III. Et *Gloriæ*: in primo liberat, in ſecundo conſervat, in tertio coronat Deus. *S. Aug. ſerm.* 55. *de Obitu Valentini Epiſcopi.* *Status Eccleſiæ.*

THESIS XIII. *Pretioſa in conſpectu Domini Mors Sanctorum.* Pſ. 115. v. 15. Tria ſunt, quæ mortem Sanctorum faciunt pretioſam: I. *Quies* à labore. II. *Gaudium* de Novitate. III. *Securitas* de æternitate. *S. Bern. ſerm.* 25. *inter parvos.* *Mors Sanctorum.*

THESIS XIV. *Honorabilis univerſæ plebi.* Act. 5. v. 34. I. Debemus honorare Sanctos, qui ſunt *in Cœlo*, eos invocando. II. Debemus honorare Sanctos, qui ſunt *in Purgatorio*, illis ſuccurrendo. III. Debemus hono- *Cultus Sanctorū.*

norare Sanctos, qui ſunt in *Terra*, ...
frequentando. *Diction. Apoſt.*

*Merita Sanctorũ.*

THESIS XV. *Ipſorum eſt Regnu[m] cœlorum.* Matth. 5. v. 3. I. Sancti promeriti ſunt ſuam *Gloriam* bene ... tendo honore & contemptu in hac vi-ta. II. Sancti promeriti ſunt *Felicitat[em]* ſuam ſorte proſperâ, & adverſâ bene ... tendo. III. Sancti promeriti ſun[t] ſuam *Tranquillitatem* labore ac quie[te] in hoc mundo bene utendo. *ibid.*

*Sacræ Reliquiæ.*

THESIS XVI. *Cuſtodit Domin[us] Oſſa eorum, unum ex his non contere[tur].* Pſ. 33. v. 21. Tulit quoque Moyſ[es] Oſſa Joſeph ſecum, eò quòd adjuraſſ[et] filios Iſraël dicens: Efferte oſſa me[a] hinc vobiſcum. Paſſuri erant mala, ideò opus habebant Medicinâ; tant[a] enim Sanctorum oſſibus ineſt Virtus, u[t] debito honore culta I. Iratum Deu[m] placent. II. Mala propulſent. III. Bona impetrent. *S. Ambroſ. ſerm.* ...

COM-

# COMMEMORAT. ANIMARUM FIDELIUM.

THESIS I. *Miſeremini mei, miſeremini.* Job. 19. v. 21. Triplex præceptum urget, ut juvemus animas in purgatorio. I. Præceptum *Naturæ*: omne quodcunque vultis, ut faciant vobis homines, & vos &c. *Matth.* 7. II. Præceptum *Charitatis*: Hoc eſt præceptum meum, ut diligatis invicem. *Joan.* 15. III. Præceptum *Miſericordiæ*: Eſtote Miſericordes &c. Qui habuerit ſubſtantiam hujus mundi, & viderit fratrem ſuum neceſſitatem habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo &c. 1. *Joan.* 3. v. 17. *Præceptũ eas juvandi.*

THESIS II. *Miſit Jeroſolymam offerri pro peccatis mortuorum Sacrificium.* 2. Machab. 12. v. 43. Quatuor modis juvari poſſunt Animæ Defunctorum. Scilicet I. Oblationibus Sacer- *Modus juvandi.*

do-

dorum. II. Oblationibus Piorum. III. Jejunio. IV. Et Eleemoſina. *S. Gregor. epiſt. ad Bonifacium.*

*Motiva.* THESIS III. *Saltem vos amici mei.* Job. 19. v. 21. I. Animabus in purgatorio ſubvenire Nihil *Charitati magis conſentaneum*, quia ſeipſas juvare non poſſunt. II. Nihil magis *neceſſarium*, quia nos quoque aliquando manus, reſpectu noſtri, ligatas habebimus, & manu aliena indigebimus. III. Nihil *facilius*, quia per bona opera, Miſſæ Sacrificium &c. id præſtare poſſumus.

*Animæ miſeræ.* THESIS IV. *Miſit eum in carcerem,* Matth. 18. v. 30. Fideles defuncti in Purgatorio ſunt I. *Servi*, qui vincula ſua frangere nequeunt. II. *Debitores*, qui debita ſua ſolvere non valent. III. *Exules*, qui ad Patriam ſuam ire non poſſunt. *La Selve tom. 4. de Sanctis.*

*Purgatorium.* THESIS V. *Non exies inde, donec etiam noviſſimum minutum reddas.* Luc. 12. v. 59. Purgatorium eſt I. Terra dolorum. II. Terra tenebrarum. III. Terra oblivionis. *id. ibid.*

*Pœnæ.* THESIS VI. *Tradidit eum tortoribus,*

*bus, quoad uſque redderet univerſum debitum.* Matth. 18. v. 34. Cruciantur I. Ob *Peccata*, quæ in hoc mundo perpetrârunt. II. Ob *Virtutes*, quas acquirere neglexerunt. III. Ob *Paradiſum*, quem non ſatis ardenter deſiderârunt. *id. ibid.*

THESIS VII. *Requiem æternam dona eis Domine, & lux perpetua luceat eis.* Eccleſia. I. Carent *Requie*; en pœna ſensûs! II. Carent *Luce*, en pœna damni. *Vide Fullonium in Indice Concionat. fol.* 93. *col.* 1.

THESIS. VIII. *Sancta & ſalubris eſt cogitatio pro Defunctis exorare.* 2. Machab. 12. v. 46. Devotio pro animabus in purgatorio I. *Deo accepta*, quia redundat ad ipſius honorem; quia deſiderat hoc à nobis fieri; quia in animabus Chriſto fit, veluti in ſuis membris. II. *Animabus ſalubris*, quarum debita expungit; quarum ſupplicia extinguit; quarum felicitatem procurat. III. *Nobis meritoria*, propter perfectiſſimos actus virtutum Fidei &c. propter certiſſimam earundem gratitudinem; propter illarum apud Deum gratiam, & potentiam. *Devotio utilis.*

THE-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Motiva.* THESIS IX. *Beati Miſericor-des* &c. Matth. 5. v. 7. Quinque nos moveant cauſæ ad condolendum, & ſuccurrendum Sanctis Animabus in Purgatorio. I. Obligatio Charitatis, quæ ſtringit nos. II. Acerbitas pœnarum, quas patiuntur in hoc loco tormentorum. III. Bonum, quod illis auxilio noſtro procuramus. IV. Beneplacitum Ghriſti, Beatiſſimæ Virginis, Angelorum, & Sanctorum omnium, quorum intereſt, ut liberentur. V. Gloria & utilitas, quæ in nos redundat ex earum liberatione. *Diotallevi in Stimulis ad veram Devot.*

*Opus Charitatis.* THESIS X. *Sancta & ſalubris eſt cogitatio pro Defunctis exorare.* 2. Machab. 12. v. 46. Non eſt Opus Charitatis præſtantius, quàm quod exercetur erga Mortuos, ſive conſideretur I. Qualitas Perſonarum, quibus aſſiſtitur. II. Sive magnitudo Pœnarum, quas patiuntur. III. Sive Bonum, quod ipſis procuratur. *Craſſet Conſid. pro hoc die.*

*Cœmeterium.* THESIS XI. *Ad terram tenebroſam, & opertam mortis caligine.* Job. 10. Cœmeterium I. Locus eſt Humilita-

tis,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tis, qui ſuperbos humiliat, II. Locus eſt Doloris, qui etiam inſenſibiles tangit. III. Locus eſt Orationis, qui etiam indevotos ad orationem incitat.

THESIS XII. *Miſericordiâ motus.* Luc. 10. v. 33. In compaſſione ſunt quatuor: Pietas, erogatio, ſolicitudo, protectio: I. Pietas voluntatis. II. Erogatio facultatis. III. Solicitudo neceſſitatis. IV. Protectio ab hoſte. *S. Bonav. in Pſ.* 118. *Compaſſio.*

THESIS XIII. *Quodam tempore in aqua ſupra virtutem ignis.* Sap. 16. v. 19. Ignem aquâ miſcere vetus Proverbiũ apud Plutarchũ eſt, quo impoſſibilitas indicabatur: verùm hoc tempore non indicat impoſſibilitatem, quando ignis Purgatorij aquâ Pietatis temperari poteſt.

THESIS XIV. De Purgatorio vide ſis Theophilum Raynaudum in Indice Concionatorio in feſta Novembris fol. 251. habebis octo Conciones de Sublevatione Animarum Purgatorij.

THESIS XV. *Saltem vos amici* *Auxiliũ.*

 *mei.*

*mei*. Job. 19. v. 21. I. Immortali-
tas animarum, ſicut eas vivere adhuc
ita Proximos noſtros eſſe demonſtrat.
II. Fragilitas animarum, licèt in Statu
Gratiæ deceſſerint, auxilio noſtro ege-
re ad plenam ſatisfactionem pro com-
miſſis olim peccatis oſtendit. III.
Solicitudo Eccleſiæ, qua eas Deo com-
mendat, debet eſſe exemplum noſtræ
curæ, quam de iis gerere oportet.

# FESTUM S. MARTINI Episc.

*Charitas proximi.*

THESIS I. *Sive vivimus, ſive mori-
mur.* Rom. 14. v. 8. *Domine
ſi adhuc populo tuo ſum neceſſarius, non re-
cuſo laborem*; orabat moriens S. Mar-
tinus. Unde Problema ſtatui poteſt:
Quid præſtantius ſit, pro Chriſto mori,
vivere cùm poſſes? an pro Chriſto vi-
vere, mori cùm poſſes? movet hocce
dubium S. Petrus Damiani verbis ſuis:
*Magnum eſt mori pro Chriſto, ſed non eſt in-
ferius vivere pro Chriſto. Serm. 65. de S.
Barbatiano.*

THE-

THESIS II. *Divulgatum eſt Nomen ejus.* 2. Paral. 26. v. 8. In omnem terram pervagata eſt memoria tanti Pontificis, & ubicunque reſonat Fides Chriſti, ſonat vita Martini, utpote qui eſt: I. Sacerdotum Gloria. II. Gemma Pontificum. III. Clericorum Forma. *Petrus Damiani de S. Martino.* *Laus.*

THESIS III. *Corona aurea ſuper mitram ejus... Opus virtutis.* Eccl. 45. v. 14. I. Bonus fuit in ſtatu *Militari.* II. Melior in habitu *Monachali.* III. Sed optimus in cathedra *Pontificali.* *S. Bonav. de S. Martino loquens.*

THESIS IV. *Miſericordiâ motus.* Luc. 10. v. 33. Diverſa objecta, & fines habuit miſericordia S. Martini. I. *Bona fortunæ* impendit ad ſolatium Pauperum, quibus ſubvenit. II. *Miracula* impendit ad ſanandos Pauperes. III. *Seipſum* corpore & ſpiritu ſacrificavit ad converſionem Peccatorum. *Charitas proximi.*

THESIS V. *Oculis... in cœlum ſemper intentus.* Brev. S. Martinus quinquies cœlum aſpexit. I. In *Proſperis,* ubi vidit manum apertam, ſcili- *Aſpectus Cœli.*

cet liberalem, Dei. II. In *Tentatio*-
*bus*, ubi vidit manum vindicem. II
In *Laboribus*, ubi vidit oculum apertu
in ſuas operationes. IV. In *Adverſ*
ubi vidit Crucem Chriſti in cœlo, &
nubibus. V. In *Morte*, ubi vidit Co-
ronam.

*Eleemoſi-na.* THESIS VI. *Beatus, qui intelli*
*ſuper egenum & pauperem.* Pſ. 40. v.
I. Eleemoſina debet eſſe proportiona-
ta divitijs, quas Eleemoſinarius poſſi-
det. II. Eleemoſina debet eſſe pro-
portionata indigentiæ Pauperis, c
ſubvenitur. III. Eleemoſina deb
eſſe proportionata Gratiæ, quam à D
per eam quærimus. *Diction. Apoſt.*

*Intentio.* THESIS VII. *Beatus, qui intel-*
*git ſuper egenum & pauperem.* Pſ. 4
v. 2. In Eleemoſina I. Præferen
ſunt pauperes bonæ vitæ pauperib
malæ vitæ. II. Præferendi ſunt pa
peres propinqui pauperibus extrane
III. Præferendi ſunt pauperes invali
pauperibus valentibus laborare. *Ibid*

THESIS VIII. *Si oculus tuus fu*
*rit ſimplex. &c.* Luc. 11. v. 34.
Si intentio noſtra nequam eſt, actione
etiam

etiam innocentes peſſumdat, & malas efficit. II. Etiam culpas excuſabiles enormes reddit. III. Etiam ipſas virtutes maximas vitiat. *ibid.*

THESIS IX. *Militia eſt vita hominis ſuper terram.* Job. 7. v. 1. S. Martinus in triplici diverſo Statu conſiderari poteſt: I. *In Sæculari Militia* uti Miles, in quo ſtatu procul militari licentia Diſciplinam Chriſtianam ſtrictè obſervavit. II. *In Regulari Militia* tanquam Religioſus, ubi diſciplinam Clauſtralem arctè cuſtodivit. III. *In Eccleſiaſtica Militia* prout Epiſcopus, ubi diſciplinam Eccleſiaſticam in Diœceſi ſua propugnavit. *Nicol. de Dijon.* *Triplex ſtatus S. Martini.*

THESIS X. *Si benefeceris, ſcito, cui feceris, & erit gratia in bonis tuis multa.* Eccl. 12. v. 1. Eleemoſina I. Delet peccata reorum. II. Emit Regnum Cœlorum Innocentibus. III. Obligat ſibi Deum in perſona Pauperis, & ſæpe in propria perſona. *Eleemoſina.*

THESIS XI. *Ex ſubſtantia tua fac eleemoſinam.* Tob. 4. v. 7. Qui elargitur ſua, liberalis eſt, qui bene elargi- *Perfecta.*

tur, magnificus; porrò tres circumſtan-
tiæ donum extollunt usque ad magni-
ficentiam operis: I. Si quis ſibi neceſ-
ſaria ſubtrahit, & de ſuis alimentis ege-
no largitur. II. Si non ſolùm manu,
ſed toto corde ea porrigit. III. Si con-
ſtatur, quòd non habeat, unde miſeriam
pauperum ſolari, ac ſublevare poſſit.

*Servitus Dei.*

THESIS XII. *Si oculus tuus fue-
rit ſimplex.* Luc. 11. v. 34. I. Nun-
quam Deo ſervitur ſine utilitate pro-
pria, ac commodo. II. Nunquam
magìs res cedit in proprium commo-
dum, quàm ſi hoc non quæratur.

*Princeps.*

THESIS XIII. *Diſcant autem &
bonis operibus præeſſe ad uſus neceſſarios, ut
non ſint infructuoſi.* Tit. 3. v. 15. Non
præeſt, qui non prodeſt; I. In Princi-
pe nullum crimen leve. II. In Prin-
cipe nulla virtus ſterilis.

*Virtutes ejus.*

THESIS XIV. *Non eſt inventus ſi-
milis illi.* Eccl. 44. v. 20. Ecce tria
rara privilegia, quæ habuit S. Marti-
nus, quorum primum effectus fuit In-
nocentiæ ſuæ vitæ; ſecundum effe-
ctus ardoris ſui zeli; tertium effectus
profunditatis ſuæ humilitatis. I. In-
no-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*nocentia* ejus tanta fuit, ut ſibi non metueret de examine vitæ ſuæ etiam à Diabolo: *Nihil in me funeſtè reperies.* II. *Zelus* amoris ejus tam ardens, ut ne de Salute ſua timeret in procurando diutiùs animarum negotio: *Si adhuc populo tuo ſum neceſſarius, non recuſo laborem.* III. *Humilitas* cordis tam profunda, ut nec reformidaret Officij Epiſcopalis dignitatem ac honorem: *Non formidabat imperij Principatum.* In quibus, modò memoratis, etiam inter Sanctos vix reperies Martino noſtro ſimiles. *Durand. in Character. Sanctor.*

# FESTUM PRÆSENTATIONIS B. V. MARIÆ.

THESIS I. *Deo dignas Oblationes offer.* Eccl. 14. v. 11. Tempus *Tempus Deo ſerviendi.*

Divino Obſequio ſe conſecrandi aptiſ-
ſimum & convenientiſſimum eſt I.
Tempus *Juventutis*, & non tempus Se-
nectutis. II. Tempus *Sanitatis*, & non
tempus Morbi. III. Tempus *Hodier-*
*num*, & non tempus Craſtinum. *P.*
*Weſpin Dom.* I. *poſt Epiph. part.* I.

*Incrementum virtutum.*

THESIS II. *Creſcebat, & confor-*
*tabatur Spiritu.* Luc. I. v. 80. Secun-
dùm Evangelij voces hæc etiam Puel-
la creſcebat, proficiebat ſapientiâ, &
ætate, & gratia apud Deum, & homi-
nes. *Iſidorus Teſſalonic. Orat. de Præſen-*
*tatione Virg.*

*Servi omnes B. V.*

THESIS III. *Servi ejus ſervient*
*illi.* Apoc. 22. v. 3. Feſtum, quo ſe
præſentavit Virgo, eſt feſtum, quo nos
præſentemus Virgini: quippeni? cùm
quatuor titulis ſervi ſimus hujus Sacra-
tiſſimæ Virginis, ſcilicet titulo Natu-
ræ, Donationis, Redemptionis, Gra-
tiæ. I. Titulo *Naturæ*, cùm ſit Ma-
ter Dei Authoris Naturæ, & ſic Domi-
na omnium creaturarum, cui utique
debetur Obſequium, cùm teneat cum
Filio Naturæ imperium. II. Titulo
*Donationis*, cùm, teſte S. Epiphanio,

MA-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

MARIA Bonorum Antenuptialium nomine Spiritum Sanctum accipit, Dotis verò Cœlum & Terram. *Verè facta es Domina omnium creaturarum, cùm Conditoris effecta es Mater. S. Joan. Damaſc.* III. Titulo *Redemptionis*, cùm cooperata fuerit ad noſtram Redemptionem. Fuit Dominus cum ea, & ipſa cum Domino in eodem opere Redemptionis. *Mater miſericordiarum adjuvit in opere noſtræ Salutis. Richard. l. 1. de Virg.* Non neceſſitate, ſed voluntate Chriſti. IV. Titulo *Gratiæ*, cùm ſine fine eas nobis conferat, & beneficijs cumulet: *Beata MARIA, quis valeat tibi jura gratiarum ac laudum præconia rependere? S. Aug. ſerm. de Annunc.* Etſi Tobias Angelo Benefactori ſuo dixit: *Si me ipſum tradam tibi in Servum, non ero condignus providentiæ tuæ. Tob. 9.* Quantò magìs nos id dicere poterimus ad Beatiſſimam Virginem? *Auriemma part. 1. c. 24.*

THESIS IV. *Placuit Oblatio.* Gen. 34. v. 18. MARIA ſe obtulit Deo I. A teneris annis. II. Seſe obtulit integrè, absque diviſione. III. Se obtu- *Sacrificiū B. V.*

lit in perpetuum & irrevocabiliter. *Bretteville*.

*Occupatio in templo.* THESIS V. *Non diſcedebat de templo*. Luc. 2. v. 37. MARIA in Templo I. Patriarcharum deſideria conſummat. II. Iram Dei mitigat. III. Verbi Incarnationem accelerat.

THESIS VI. *Non diſcedebat de templo, jejunijs & obſecrationibus ſerviens nocte ac die*. Luc. 2. v. 37. MARIA Deum in templo continuò glorificat. I. Mentis cogitatione. II. Cordis dilectione. III. Oris laudatione.

*Vota B. V.* THESIS VII. *Reddam vota mea, quæ vovi Domino*. 2. Reg. 15. v. 7. MARIA in templo fecit votum Caſtitatis, Obedientiæ & Paupertatis. I. Fecit *Votum Virginitatis*, quando ſe Deo conſecravit, & quidem tam perfectum, quale nullus alius. II. Fecit *Votum Obedientiæ*, intra manus Sacerdotis magni ſeu Pontificis, cujus Ordinationibus ſe ſubmiſit omni humilitate. III. Fecit *Votum Paupertatis*, quando ibi omni ſe jure Paternæ domûs, ac facultatum abdicavit verè paupertate Evangelica. *Durand. in Charact. Sanctor.*

THE-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

THESIS VIII. *Retrahebant homines à Sacrificio Dei,* 1. Reg. 2. v. 17. Cor, quod Deus attrahit, homo ne retrahat; nam I. Deum ſibi adverſarium experietur. II. Deo honorem ſubtrahit. III. Reum ſe ruinæ alterius conſtituit. IV. Suámque damnationis pœnam duplicat. Advertant hoc parentes, omnésque alij, qui à Servitio Dei animas impediunt; *Peccatum puerorum erat grande nimìs, eò, quòd retrahebant homines à Servitio Dei.* *Impedientes à bono.*

THESIS IX. *Per ſingulos gradus meos pronunciabo illum, & quaſi Principi offeram.* Job. 31. v. 37. Quindecim gradus erant, per quos ad portam Templi aſcendebat Triennis Puella Virgo Sanctiſſima, per quos S. Antoninus p. 4. tr. 15. c. 6. §. 2. ſignificari voluit, eiusdem elevationem ſupra omnes gradus Angelorum, & hominum, per novem gradus intelligendo novem Angelorum choros, & per ſex reliquos diverſos Sanctorum Status ſcilicet Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum, & Virginum. Joſephus Saliceti in Mariali Theo- *Excellentia B. V.*

Theorico & Practico. *Tu ſupergreſſa es univerſas.*

*Sacrificiũ B. V.* THESIS X. *Obſequij mei oblatio accepta fiat in Jeruſalem.* Rom. 15. v. 31. MARIA offertur à Parentibus, & à Semetipſa. Conſideremus I. Pietatem, & devotionem Parentum MARIÆ, qui eam offerunt. II. Zelum & Amorem MARIÆ, quæ ſeipſam Deo offert. *La Selve tom. 4. de Sanctis.*

THESIS XI. *Inferent oblationem in Domum Domini.* Jerem. 17. v. 26. Ob quinque rationes Oblatio Virginis hodie in templo facta eſt: I. Ad gloriam Dei: II. Ad Bonum Virginis: III. Ad Bonum Parentum: IV. Ad Bonum Parthenonis Hieroſolymitani: V. Ad Bonum Poſteritatis. *Vide Fullonium in Indice Concionat. fol. 95. col. 2.*

*Perfecta donatio.* THESIS XII. *Placuit oblatio.* Gen. 34. v. 18. O quanta differentia inter oblationem Virginis & noſtram Deo factam! I. Nos non niſi medium Cor, ſeu partem cordis damus Deo. II. Nos non niſi ſerò, & poſt lon-

longam dilationem temporis illud offerimus. III. Nos non niſi ægrè, & quaſi dolenter id facimus. IV. Nos non niſi ad aliquod tempus Deo donamus. V. Nos ferè eo, quo offerimus, tempore, illud retrahimus. Non ita B. Virgo, quæ & omnia Deo donavit, & hoc adhuc trimula, & liberè absque coactione, & in perpetuum concepto voto. *Craſſet in Conſid. hoc Feſto.* Quid mirum: *Placuit oblatio.* Gen. 34. v. 18.

# FESTUM S. CATHARINÆ Virg. & Mart.

THESIS I. *Hæc eſt Virgo.* Eccleſ. in Brev. Sancta Catharina eſt I. *Virgo pura*, cujus Virginitas de Tyranno triumphavit. II. *Filia Sapiens*, cujus Scientia Philoſophorum ratiocinationes ſuperavit. III. *Martyr JESU Chriſti*, cujus Martyrium crudelitatem carnificum vicit. *Laus.*

THE-

THESIS II. *Una eſt.* Cant. 6. v. 8. Sancta Catharina Virgo, Sponſa, Mater eſt: I. *Virgo* prudentiſſima. II. *Sponſa* ferventiſſima. III. *Mater* feliciſſima, ſcilicet 50. Philoſophorum. *Vide Craſſet feſto S. Thereſiæ.*

THESIS III. *Spectaculum facti ſumus* &c. I. Ita Sancta Catharina *Angelis* facta Spectaculum, ut Virgo. II. *Mundo*, ut Magiſtra. III. *Hominibus*, ut Martyr. IV. *Deo*, ut Sponſa Christi.

*Virgo prudens.*

THESIS IV. *Quinque prudentes.* Matth. 25. v. 2. Non modò Fatuæ, ſed etiam Prudentes Virgines fuerunt fatuæ, comparatæ cum S. Catharina. I. Imprudentes fuerunt *Opere*; dormierunt enim, quando vigilandum erat. II. Imprudentes fuerunt in *Verbis*, quia dixerunt, ne fortè non ſufficiat, quando dicendum fuiſſet, ne ſuperſit. III. Imprudentes fuerunt in *Cogitatione*, quia exiſtimârunt, quòd exponendo ſe pro charitate poſſent periclitari. IV. Imprudentes fuerunt *Omiſſione*, quòd pro ſe rogantibus non in-

interceſſerint. *Vide Vieira Parte 4. ſerm. de S. Thereſia §. 9.*

THESIS V. *Hæc eſt Virgo Sapiens.* Eccleſ. in Laud. Sancta Catharina Rhetoricæ, Philoſophiæ, & Theologiæ Magiſtra extitit. I. *Rhetoricæ*, quando veritates Legis Divinæ declamavit tali eloquentia, qua omnes traxit, & permovit. II. *Philoſophiæ*, quando praxin Legis perſuaſit adductis rationibus convincentibus. III. *Theologiæ*, quando Myſteria Legis evolvit tanta elucidatione, qua etiam ipſos Infideles illuſtravit. Quid mirum, ſi Angeli eam in Monte Sinai, ubi Lex à Deo data eſt, ſepelierunt? *Durand. in Charact. Sanctor. hîc.* *Scientiæ.*

THESIS VI. *Oleum in vaſis ſuis cum lampadibus.* Matth. 25. v. 4. Habet Oleum Deus, habet & Mundus Oleum: ad Oleum Dei vaſa deficiunt; Oleum Mundi in vaſis deficit; Oleum Dei dulcedo æternorum, Oleum Mundi delectatio præſentium, illa ſufficit, iſta deficit. Hugo Victorin. *l. 1. Miſs. c. 51.* Mulier Sareptana Olei nimium, & vaſa pauca; Virgines fatuæ vaſo- *Conſolationes Dei, & Mundi.*

rum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

rum ſatìs, & Olei parùm habuêre: Hinc mendicant: *Date nobis de Oleo ve-ſtro.*

*Tentatio.* THESIS VII. *Hæc eſt, quæ neſci-vit thorum.* Eccleſ. in Laudib. Ten-tatores tribus modis maximè fœmina-rum inſectantur pudicitiam. I. Blan-ditijs & Voluptatibus. II. Divitijs & Muneribus. III. Violentijs & Co-ctionibus. *Vivien in Tertull.*

*Virgines prudentes & fatuæ.* THESIS VIII. *Quinque autem ex eis erant fatuæ.* Matth. 25. v. 2. *Quinque prudentes.* I. *Quinque Fatuæ ſunt*: Feſtinantes ad Nuptias; Non æ-ſtimantes theſaurum; Corpore tan-tùm, & non mente; Periculo ſe expo-nentes. Sibi, & non Deo tribuentes. II. *Quinque Prudentes*: quæ ſenſus cu-ſtodiunt, quæ viſum, quæ auditum, quæ guſtum, quæ tactum, quæ odora-tum ſervant illibatum.

THESIS IX. *Domine, Domine a-peri nobis.* Matth. 25. v. 11. Fruſtra clamant ac petunt, etſi Dominus pro-miſerit: *Petite, & accipietis, quærite, & invenietis.* Luc. 11. Cur hoc: Re-ſpondeo, ideò, quia non pulſant: *Pul-ſa*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*ſate, & aperietur vobis.* Qui pulſat, inquit S. Chryſoſt. *hom.* 18. *in Matth.* non tantùm voce clamat, ſed & manu; ſic qui opera facit, quaſi manu pulſat Deum operibus bonis. *Vide Garzia part.* 1. *Conc.* 20. §. 6. *in fine.*

THESIS X. *Voſmet ipſos in dilectione Dei ſervate.* Judæ. v. 21. Certamen Sacrum inter & Profanum Amorem; ſeu Problema ſit; Quis in theatro humani cordis alterum ſuperaverit in dilectione ſui Objecti? *Vide Knellinger S. J. in Dominicali part.* 1. *num.* 143. & 144. *Amor ſacer, & profanus.*

THESIS XI. *Quinque prudentes.* Matth. 25. v. 2. I. Scientia ſine Sanctitate ignorantia eſt. II. Ignorantia cum Sanctitate Scientia eſt. *Scientia.*

THESIS XII. *Quinque prudentes.* Matth. 25. v. 2. Eæ dici poſſunt, & laudari. I. Quæ Martyrium pro Caſtitate obierunt. II. Quæ mori maluerunt, quàm nubere. III. Quæ ſe deformârunt pro tuenda caſtitate. IV. Quæ in Matrimonio tales extiterunt. V. Quæ in Monaſterijs puri- *Virgines prudentes.*

tatem tutatæ ſunt. Vide *Miechovienſe* *tit. Regina Virginum.*

*Scientia.* THESIS XIII. *Quinque prudent* Matth. 25. v. 2. I. Comparare ſi Scientiam, ut eam quis alijs vend ſordida avaritia eſt. II. Incumbe ad litteras, ut ijs ſe jactet, fumus in nis eſt. III. Haurire ſcientias, ut rum intelligentiam acquirat ſibi ta tùm, labor inutilis eſt. IV. Nobil Studiorum finis eſt pro Bono comm ni, & Salute proximi operam ſuam i pendere.

*Oleum.* THESIS XIV. *Oleum in va ſuis cum lampadibus.* Matth. 25. v. I. Oleo ſignificatur in Scriptura Sua tas, Miſericordia, Manſuetudo. Oleo adumbratur Scientia, quia il lampades accenduntur. Levit. 1 Hac mentes imbuuntur. III. Ol ſignificantur Gratiæ & Favores cœ ſtes, quia ungunt, deliniunt, robora *Vide Fullonium in Indice Concionat. fol.* c. 2.

*Virgo.* THESIS XV. *Quinque fatuæ, quinque prudentes.* Matth 25. v. 1. Virgines Prudentes ſunt, quæ hono

rem, & virtutem poſſident. II. Virgines Fatuæ, quæ in delicijs ſunt,& vanitatem colunt. *Diction. Apoſt.*

THESIS XVI. *Ne fortè non ſufficiat nobis.* Matth. 25. v. 9. In materia Salvationis ſuperfluum tantùm ſufficit, & quod ſufficit, minùs ſufficit: Nam certum eſt, ſine Auxilio Dei ſalvari neminem poſſe; certum item, Auxilia Dei aliqua eſſe ſufficientia, alia efficacia; certum denique per Auxilia ſufficientia tantùm, niſi quatenus efficacia concurrit, neminem unquam ſalvatum, aut ſalvandum. *Vieira. part. 4. ſerm. de S. Thereſia. §. 6.* *Gratia.*

THESIS XVII. *Hæc eſt Victoria, quæ vincit Mundum.* 1. Joan. 5. v. 4. Sancta Catharina inſtituit I. Triumphum *Veritatis*, qua convicit 50. Philoſophos. II. Triumphum *Puritatis*, qua Imperatori ejúsque promiſſis reſiſtit. III. Triumphum *Charitatis*, qua invicta vitam pro Chriſto dedit. *Chappuis Med. 25. Nov.* *Triumphus.*

# FESTUM S. ANDREÆ Ap.

*Crux chara.* THESIS I. *Exclamavit, & dixit: O bona Crux!* Eccleſ. in Brev. Crux fuit ab Andrea Apoſtolo I. Deſiderata. II. Quæſita. III. Amata.

THESIS II. *Evacuatum eſt ſcandalum crucis*, Galat. 5. v. 11. I. S. Andreas conſideravit Crucem veluti *Cathedram*, ex qua Veritates Evangelicas prædicavit. II. Conſideravit tanquam *Altare*, in quo Sacrificium ſuum conſummavit. *Bretteville.*

THESIS III. *O bona crux diu deſiderata, & jam concupiſcenti animo præparata!* Breviar. In corde S. Andreæ triplex fuit motus erga Crucem. I. Motus deſiderij. II. Motus gaudij. III. Motus amoris. *La Seive.*

THESIS IV. *Suſtinuit crucem confuſione contempta.* Hebr. 12. v. 2. S. Andreas paſſus eſt ſupplicium I. Liben.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

benter. II. Patienter. III. Ardenter. *Vivien. in Tertull.*

THESIS V. *Andreas frater Simonis Petri. . . dicit ei: Invenimus Meſſiam.* Joan. 1. v. 40. & 41. I. Chriſtus S. Andream conſtituit *Primogenitum Eccleſiæ ſuæ*, primitias Spiritûs ſui ei communicans vitæ. II. Chriſtus S. Andream *primum Diſcipulum Scholæ* ſuæ conſtituit, ei primitias Doctrinæ Evangelicæ communicando. III. Chriſtus S. Andream *primum Coadjutorem Redemptionis* ſuæ conſtituit, ipſi primitias amoris ſui erga Crucem inſpirando. *Nicolaus Dijon*, *Laus.*

THESIS VI. *Et tu exultans ſuſcipias me, diſcipulum ejus, qui pependit in te.* Breviar. Crux S. Andreæ fuit: I. Cathedra ſui Apoſtolatûs. II. Altare ſui Sacrificij. III. Thronus ſuæ Gloriæ. *La Selve.* *Crucis encomium.*

THESIS VII. *O bona Crux!* Breviar. Hem fructus admirabiles Crucis! I. Hæc ſatisfacit pro noſtris peccatis. II. Hæc nos ſeparat ab affectu creaturarum. III. Hæc nos vitæ tæ- *Fructus Crucis.*

 dere

dere facit, & deſiderare mortem. *Cauſſet die Mart. poſt Dom. 6. poſt Paſc.*

*Cauſæ tribulationis.* THESIS VIII. *Duxerunt eum ut crucifigerent.* Matth. 27. v. 31. Tribulationes proveniunt I. Vel à *Hominibus*, qui ſunt cauſæ ſecundæ illarum. II. Vel à moleſtis *Accidentibus*, quæ ſunt inſtrumenta illarum. III. Vel à *Deo*, qui eſt Cauſa primaria, & univerſalis earum. Quæritur jam, quomodo Cauſas iſtas conſiderare debeamus? *Weſpin S. J. Dom. 6. poſt Epiph.*

*Martyres ſæculi.* THESIS IX. *Fortior inſtat cruciatio.* Sap. 6. v. 9. Mira res! crucem abhorrent quotidie Sæculares, & hanc quotidie patiuntur. Timent opprobria pati pro Chriſto, pro Mundo autem patiuntur opprobria ſempiterna: Mori pro Chriſto pertimeſcunt, & pro temporali Lucro quotidie moriuntur. *Hugo de S. Vict. l. 1. de Clauſtro animæ. c. 11.*

*Patientia.* THESIS X. *Patientia autem opus perfectum habet.* Jacob. 1. v. 4. Homo Patiens homo Heroicus, nam credit heroicè,

roicè, ſperat heroicè, amat heroicè. *Vide ſuperiùs feſto S. Laurentij Theſi 14.*

THESIS XI. *Non ſunt condignæ paſſiones hujus temporis.* Rom. 8. v. 18. I. Ad Præteritam Culpam, quæ remittitur. II. Ad Præſentem Conſolationis gratiam, quæ immittitur. III. Ad Futuram Gloriam, quæ promittitur. *S. Bern.* *Tribulationis præmium.*

THESIS XII. *Tollat crucem ſuam quotidie.* Luc. 9. v. 2. Crux maxima, non ſcire portare crucem. Vide *Staniburſtium de Paſſione Chriſti* c. 9. §. 3. in fine. *Crux.*

THESIS XIII. *Qui non bajulat crucem ſuam.* Luc. 14. v. 27. Crux quomodo ferenda? I. Patienter. II. Hilariter. III. Cum Gratiarum actione. IV. Cum Bona Intentione. V. Palàm. VI. Conſtanter. *Faber. feſt. Invent. S. Crucis Conc.* 6.

THESIS XIV. *Mihi autem abſit gloriari niſi in cruce.* Galat. 6. v. 14. I. Aliqui crucem patienter accipiunt. II. Alij etiam petunt. III. Alij in ea exultant.

*Dimenſio Crucis.* THESIS XV. *Evacuatum eſt ſcandalum crucis.* Gal. 5. v. 11. Quatuor crucis dimenſiones ſunt. I. *Longitudo* crucis, quæ oſtendit Patientiam. II. *Latitudo*, quæ monſtrat Obedientiam. III. *Altitudo*, quæ exhibet Paupertatem. IV. *Profunditas*, quæ perhibet de Humilitate. *Faber Conc. 7. feſt. Invent. S. Crucis.*

*Amor Crucis.* THESIS XVI. *O bona Crux, diu deſiderata, & jam concupiſcenti animo præparata!* Breviar. I. Sancti Patiuntur, quando non patiuntur. II. Gaudent, cùm patiuntur. III. Imò Conqueruntur, quando non patiuntur. *Paciuchelli in Jonam Lect. 46. n. 54.*

*Vocatio.* THESIS XVII. *Venite poſt me.* Matth. 4. v. 19. Vocat Deus ſex modis. I. *Interiùs*, per inſpirationem. II. *Exteriùs*, per Scripturas. III. *Superiùs*, per promiſſiones. IV. *Inferiùs*, per comminationes. V. *Anteriùs*, per beneficia. VI. *Poſteriùs*, per flagella. *Hugo Card. in Gen. c. 28.*

*Crux ſignum Amoris.* THESIS XVIII. *Ut dilectio, qua dilexiſti me, in ipſis ſit.* Matth. 17. v. 26. I. In cruce Æternus Pater Filium ſuum

ſuum maximè amavit. II. In cruce Chriſtus nos homines maximè amavit. III. In cruce etiam nos Chriſtum maximè amamus.

THESIS XIX. *Nemo autem veſtrûm patiatur, ut homicida.* 1. Pet. 4. v. 15. Triplex genus Crucis. I. Unum *Naturæ*, omnibus commune, & non niſi in morte perfectè excutiendum; Crux hæc, Miſeria vitæ humanæ. II. Alterum *Criminis* pro Latronibus ac furibus in pœnam conſtitutum. III. Tertium *Gloriæ*, quod ſubeunt Innocentes pro Juſtitia, Veritate, ac Imitatione Chriſti Patientis.

*Tria genera Crucis.*

THESIS XX. *Sicut abundant Paſſiones Chriſti in nobis, ita & per Chriſtum abundat conſolatio noſtra.* 2. Cor. 1. v. 5. Notandũ I. Quòd Crux, ſive tribulatio ſine conſolatione ſolùm in Inferno. II. Conſolatio ſine cruce ſeu tribulatione ſolùm in Cœlo. III. Tribulatio cum conſolatione verò in Terris inveniatur.

*Crux ſine conſolatione.*

THESIS XXI. *O bona Crux!* Breviar. I. Crux, & Paſſio *Bonorum* non niſi dulcedinem in ſe continent, quia

*Crux bonorum, & malorum.*

ad Deum ducunt , Divinæ Juſtitiæ ſa-
tisfaciunt : *Pone calamitatem , pone pau-
pertatem, pone dolorem, & pono Deum,* in-
quit S. Chryſoſt. II. Crux & Paſſio
*Peccatorum* plena amaritudine ab omni
parte tam Dei, quàm ipſorum, & etiam
creaturarum. *Bretteville.*

*Gratia.* THESIS XXII. *Venite poſt me,*
Matth. 4. v. 19. I. Quid homo ſit
*ſine Gratia.* II. *Per Gratiam.* III.
*Cum Gratia?* Petrus & Paulus peccato-
res, deinde Apoſtoli, demum Sancti
demonſtrant. *Craſſet in Conſid. Medit.
de S. Paulo.*

*Crux voluntaria.* THESIS XXIII. *Tribulationem
patimur , ſed non anguſtiamur.* 2. Cor.
4. v. 8. I. Qui non vult pati, debet
pati, quod longè difficillimum eſt. II.
Qui vult pati , non debet pati; quod
multò facilius eſt.

*Crux bona.* THESIS XXIV. *Perſecutionem
patimur , & ſuſtinemus.* 1. Cor. 4. v.
12. Verus Chriſtianus in adverſitate
ſemper ſibi conſtat, animóque conten-
tus eſt ; Nam I. *Fides* ipſum erigit con-
ſideratione Crucifixi, Juſti , ac Boni
Dei. II. *Spes* ipſum ſolatur promiſ-
ſione Felicitatis ſubſequentis maximæ
cer-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

certiſſimæ, ac propinquæ. III. *Charitas* ipſum animat, nam libenter pro eo, quem amamus, patimur, ac ſuſtinemus. *P. Nepveu* 17. *Novemb. Reflex. Chriſtian.*

THESIS XXV. *O Bona Crux!* Breviar. I. Tribulationes non ſolùm ſunt medium deſiſtendi à peccato præſenti. II. Sed oſtendunt etiam modum ſatisfaciendi pro peccatis præteritis. III. Et præſervant ſimul à futuris. *Alexand. Diotallevi de Benefic. Divinis Conſid.* 18. *Crucis fructus.*

THESIS XXVI. *O Bona Crux!* Breviar. Tria à nobis exſpectat S. Crux. I. Ut illam *Adoremus*, tanquam proprium Religionis noſtræ ſignum: S. Andreas primus illam adoravit: *Salve.* II. Ut eam *Laudemus*, tanquam inſtrumentum noſtræ Salutis: S. Andreas illam laudibus exornavit: *O bona Crux.* III. Ut eam *Amemus*, tanquam arborem noſtræ Redemptionis: S. Andreas primus illam adamavit: *Diu deſiderata. Durand. Doct. Theol. in Character. Sanctor. hìc.* *Honor Crucis*

THESIS XXVII. *Mihi autem abſit* glo- *Crux.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*gloriari niſi in Cruce.* Gal. 6. v. 14. S. Andreas fuit I. *Diſcipulus* Crucis; quia Chriſti. II. *Apoſtolus* Crucis, cujus elogium, & myſterium annunciavit. III. *Martyr* Chriſti, quia in ea mortem ſubijt pro Chriſto. *Chappui Med. in feſto.*

# FESTUM S. NICOLAI Episc.

*Humilitas.*

THESIS I. *Ut videantur ab hominibus.* Matth. 6. v. 5. I. Eſſe bonum, & videri, res periculoſa. II. Videri bonum, & non eſſe, res vitioſa, & hypocriſis. III. Eſſe bonum, & non apparere, ſeu videri talem, conditio felix, & Humilium. Quod ultimum præſtitit S. Nicolaus.

*Virtutes.*

THESIS II. *Ut ſit exemplum virtutis.* Ruth. 4. v. 11. I. S. Nicolaus ſanctificavit jejunium adhuc infans abſtinendo à lacte Nutricis Mercurij, Veneriſque diebus. II. S. Nicolaus Eleemoſinam abſconditè tribuit modo

modo longè perfectiſſimo. III. S. Nicolaus inter trecentos octodecim Epiſcopos in Concilio Nicæno Sanctitate eminuit: qualis ejus virtus! *Durand. in Character. Sanctor.*

THESIS III. *Omnibus omnia factus ſum, ut omnes facerem ſalvos.* 1. Cor. 9. v. 22. S. Nicolaus erat Orphanis Pater, Patronus Viduis, Pauperibus & egenis Aſylum, Malis Terrori, Bonis Amori, Populis Venerationi, Principibus Honori. *S. Thom. à Villa Nova in Conc. de hoc Sancto.* *Laus.*

THESIS IV. *Fœneratur Domino, qui miſeretur Pauperis.* Prov. 19. v. 17. Eleemoſinarius fœneratur Deo; ſunt autem Uſuræ, quas apud Deum lucratur, valde differentes ab Uſuris hujus mundi, ſcilicet I. Quoad *Capitale.* II. Quoad *Lucrum.* III. Quoad *ſolutionis accelerationem.* IV. Ac denique quoad *benevolentiam ſolventis.* *Thomas Reina fer. 2. poſt Dom. 3. Quadrageſ.* *Uſura.*

THESIS V. *Quinque talenta, ecce alia quinque,* Matth. 25. v. 20. Quidam cum Mundo contrahunt, quidam cum diabolo, quidam cum Deo: & *Contractus.*

quod

quod mirandum eſt, aliqui malunt contrahere cum hominibus, acceptando *quinque pro centum*, quàm cum Deo, acceptando *centuplum pro ſimplo*. Cur? quia non credunt Chriſto. *Vieira Dom. 5. Quadrageſ.* §. 4. *Item in Conc. part. 4. fol. 13.*

# FESTUM IMMACULATÆ CONCEPTIONIS B. V. MARIÆ.

*Peccatum originale cur non contraxerit?*

THESIS I. *Macula non eſt in te.* Cant. 4. v. 7. Ne B. V. in Conceptione ſua contraheret peccatum Originale, fuit I. *Potentiâ* Patris exempta. II. *Sapientiâ* Filij redempta. III. *Clementiâ* Spiritûs Sancti præventa.

THESIS II. *Non enim pro te, ſed pro omnibus hæc lex conſtituta eſt.* Eſth. 15. v. 13. Sanctiſſima Virgo debuit eximi

mi à peccato Originario. I. Ut participaret de Divinitate, quam Filius ejus poſſidebat. II. Ut de Redemptione participaret, quam Filius ejus ſuſceperat perficiendam. III. Ut participaret de Victorijs, quas Filius ejus de dæmonibus reportabat. *Conceptio futuræ Matris Chriſti fuit quaſi Originalis Conceptio Chriſti*; inquit Petrus Bleſſenſ. Si filius videns patrem ſuum captivum non acceleret ipſius liberationem, ex hoc ſolo pater filium exhæreditare poteſt; juxta illud: *Si non feſtinaverit eum redimere. Juſtini. in inſtitut. Biroat. Ord. Cluniac.*

THESIS III. *Conceptionem Virginis MARIÆ celebremus.* Eccleſ. in Matut. Hoc Feſtum colendum I. *Cogitatione*, ſcilicet credendo. II. *Verbo*, ſcilicet confitendo. III. *Opere*, ſcilicet imitando, quantum licet, puritate vitæ. *Feſtum quomodò colendum.*

THESIS IV. *Liber generationis.* Matth. 1. v. 1. Quinque librorum genera invenimus in Sacra Scriptura. I. Librum Vitæ. II. Librum Naturæ. III. Librum Scripturæ. IV. *Liber quintuplex.*

Li-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Librum Exempli & Ideæ. V. Librum Conſcientiæ. *S. Thom. de Villa Nova Conc. I. in feſto Nativ. B. V. belliſſimè eidem applicans.*

*Damna peccati Originalis.*

THESIS V. *In peccatis concepit me Mater mea.* Pſ. 50. v. 7. Damna pec[illegible]ti Originalis ſunt I. Vulneratus Intellectus. II. Vulnerata Voluntas. III. Vulnerati Senſus, & Appetitus. IV. Vulneratum Corpus. V. Vulneratus homo in externis bonis. *Faber Conc. 5. Dom. 12. poſt Pentec.*

*Præſervatio à peccato.*

THESIS VI. *Viam iniquitatis amove à me.* Pſ. 118. v. 29. Triplex datur præſervatio à peccato teſte S. Bernardo: Tribus ſiquidem modis à peccato me memini conſervatum. I. *Occaſionis ſubtractione.* II. *Reſiſtendi data virtute.* III. *Affectionis ſanitate:* multa enim in peccata facilè cecidiſſem, ſi data eſſet occaſio; ſed Dei miſeratione non me talis opportunitas apprehendit: in multa quoque paulò minùs cecidiſſem, graviter impulſus violentia tentationis; ſed virtutem dedit Dominus Rex virtutum, ut ſub me eſſet appetitus meus, & ei, quam ſentiebam, con-

concupiſcentiæ minimè conſentirem. Sed & à quibusdam tam longè me fecit miſeratio tua Domine, ut penitus abominarer ea, & ne ulla quidem eorum me tentatio moleſtaret. *Hactenus S. Bern. ſerm. 3. de fragmentis ſeptem panum. fol. 46. in tomo unico.*

THESIS VII. *Macula non eſt in te.* Cant 4. v. 7. I. MARIA originem traxit ex carne originali labe infecta, quin labem hanc contraxerit. II. Concepta eſt inter prunas concupiſcentiæ à generatione communi inſeparabiles, quin iis accenderetur. III. Concepta eſt in Statu, cui jugum dœmonis fatale erat, quin eo implexa, aut dœmoni ſubjecta fuerit. Bretteville. *Quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine, nonne tu, qui ſolus es? Job. c. 14.* Non ſuſtinebit Juſtitia Divina, ut illud Vas Electionis communibus laceſſeretur injurijs. *Cyprian.*

*Immaculata Conceptio.*

THESIS VIII. *Quæretur peccatum illius, & non invenietur.* Pſ. 10. v. 15. Plurimum intereſt in via iniquitatis non incepiſſe. *Juglaris Fer. 6. poſt Dom. 2. Quadrag.*

*Peccatum primum.*

N THE-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Immacu-lata Con-ceptio.*

THESIS IX. *Non enim pro te,ſe*
*pro omnibus hæc Lex conſtituta eſt.* Eſt
15. v. 13. I. MARIA fuit filia Ad
mi, quin fuerit ejus criminis hæres. I
MARIA fuit filia Dei, quin ejus gr
tia fuerit privata. III. MARIA fu
filia Joachimi, quin ejus miſeriaru
fuerit particeps. *La Selve.*

*Pulchritu-do B. V.*

THESIS X. *Tota pulchra es,* Can
4. v. 7. Tria requiruntur ad pulchr
tudinem. I. Integritas. II. Propo
tio. III. Et Colorum Suavitas. *Di*
*eſt perfecta* &c.

*Rationes Immacu-latæ Con-ceptionis.*

THESIS XI. *Macula non eſt in*
Cant. 4. v. 7. Immaculata Conc
ptio Beatæ Virginis probatur I. *E*
*parte Dei*, qui potuit, & voluit, erg
Item: hoc præſtitit Protoplaſtis, &
Angelis, ergo multò magìs B. Virgin
II. *Ex parte Virginis*, quia incurſus Or
*ginalis* non potuit habere locum jux
adverſarios absque *Actuali* peccat
mortali. III. *Ex parte Peccati*, cuj
virulentia decenter habere locum i
ipſa non potuit. *Vide Theophil. Ray*
*naudum in Indic. Concionat. fol.* 260. n
2.

THE-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

THESIS XII. *Macula non eſt in te.* Cant. 4. v. 7. Beata Virgo tam pura fuit in vita ſua I. Ut nullum peccatum, II. Nullum affectum ad peccatum, III. Nullam peccati ſpeciem habuerit. *Id. de Innocentia Chriſti, tom. 1. fol.* 285. *Innocentia B. V.*

THESIS XIII. *Inimicitias ponam inter te, & Mulierem, & ſemen tuum, & ſemen illius.* Gen. 3. v. 15. I. Conceptio Beatæ Virginis primus Salvatoris Triumphus eſt. II. Conceptio Beatæ Virginis pulcherrima Imago eſt Angelicæ Felicitatis. III. Conceptio Beatæ Virginis Exemplar eſt perfectæ Sanctitatis Chriſtianorum. *Diction. Apoſtolic. Verb. Concept.*

# FESTUM S. THOMÆ Apoſt.

THESIS I. *Sed fidelis.* Joan. 20. v. 27. Fuit S. Thomas I. Fidelis in ſe. II. Fidelis in alijs. III. Fidelis in periculis. IV. Fidelis in *Fidelis.*

morte. *Lobbetius in hoc feſto. quæſt. 5.*
*Moral.*

*Converſio S. Thomæ*

THESIS II. *Noli eſſe incredulus.* Joan. 20. v. 27. In eo conſiderandus eſt I. Abyſſus infidelitatis, & nequitiæ, utpote reo pertinacis incredulitatis, tumentis temeritatis, imprudentis perverſitatis. II. Abyſſus Benignitatis, & Miſericordiæ, nam Chriſtus, Miſericordiæ Abyſſus, Thomam peccatorem immutat, vulneratum ſanat, excœcatum illuminat. III. Abyſſus credulitatis & conſtantiæ, utpote corde credens, ore confitens, pro fide moriens. *Vivieu in Tertull.*

*Vulnera Chriſti.*

THESIS III. *Vide manus meas.* Joan. 20. v. 27. Aſpectus Vulnerum Chriſti reſuſcitati tres ſtupendos effectus in tribus animæ Potentiis S. Thomæ produxit. I. Per hunc aſpectum *Intellectus* S. Thomæ recepit Lumen Fidei, quod in ipſo erat obſcuratum. II. *Voluntas* incaluit igne Amoris, qui priùs extinctus erat. III. *Memoria* refricata eſt, ut ſui Magiſtri recordaretur, cujus oblitus erat. *Sic perdidiſti in triduo memoriam Magiſtri, ut ...*

crederes Omnipotentiæ Chriſti? S. Aug. ſerm. 159. de temp. Dijon.

THESIS IV. *Non credam.* Joan. 20. v. 25. I. Infidelitas S. Thomæ teſtimonium produxit innegabile Reſurrectionis. II. Fides in eo reviviſcens tantò major Zeloſum Prædicatorem Reſurrectionis, & glorioſum Martyrem ſeu teſtem effecit. *Bretteville.* *Reſurrectio.*

THESIS V. *Quia vidiſti me Thoma, credidiſti.* Joan. 20. v. 29. I. *Peccatum* Thomæ dubitantis; nam de Chriſti Reſurrectione *Dubitavit*; ecce ejus crimen. II. *Felicitas* Thomæ tangentis; *Tetigit*; ecce ejus felicitatem. III. *Fides* Thomæ confitentis; *Confeſſus eſt*: ecce ejus fidem! *La Selve hoc feſt.* *Converſio S. Thomæ.*

THESIS VI. *Dominus meus, & Deus meus!* Joan. 20. v. 28. S. Thomas errorem ſuum Infidelitatis tripliciter reparavit. I. Per ſuam Sanctiſſimam Vitam. II. Per Converſionem Infidelium ad veram Fidem. III. Per ſuam glorioſam Mortem pro Fide. De *Lapſus Juſtorum.*

*lapſu Juſtorum vide Garziam Conc.* 32. §. 8. *ſeu ultimo.*

*Fides ſuperat intellectum.*

THESIS VII. *Niſi videro.* Joan. 20. v. 25. Ad curioſitatem Fidei proſternendam tria concurrunt : I. Humanæ *Mentis imbecillitas*, quia homo ſuá intelligentiá nequit attingere, quæ ſunt ſupra ſeipſum, infra ſeipſum, intra ſeipſum. II. Divinorum *Myſteriorum ſublimitas* , quia intellectus humanus Divina non poteſt cognoſcere Myſteria ob eorum magnitudinem, ſubtilitatem, occultationem. III. *Curioſorum lapſus*, & infelicitas , nam perſæpe curioſi labuntur in errorem , hæreſin, atheiſmum *Vivien. verb. Fides.*

*Converſio.*

THESIS VIII. *Dominus meus, & Deus meus!* Joan. 20. v. 28. I. Petrus , qui negavit ſe noſſe Meſſiam, plus ſubinde amat, & Apoſtolus Amoris efficitur. II. Thomas , qui noluit credere, niſi videret , credit omnium maximè, & prædicando populis Evangelium Reſurrectionis Myſterium confirmat.

*Vita ſenſuum.*

THESIS IX. *Niſi videro, non credam.* Joan. 20. v. 25. I. *Credo*, quod vi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

video. II. *Spero*, quod mihi poſſibile eſt. III. *Amo*, quod mihi placet. An non hæc vita ſenſualis, ſeu Senſuum eſt? cùm ſcriptum ſit: *Beati, qui non viderunt, & crediderunt.* *Craſſet Conſid. fer. 2. poſt. Dom. 2 Epiph.*

THESIS X. *Non credam.* Joan. 20. v. 25. Infidelitas, nec non Indocilitas I. Initium ſumit à libertate. II. Roboratur æſtimatione, & amore ſui judicij. III. Redditur invincibilis confuſione, quòd in errore fuerit, & vixerit. *Diction. Apoſt.* *Infidelitas.*

THESIS XI. *Noli eſſe incredulus.* Joan. 20. v. 27. Plurima peccata ex defectu vivæ Fidei proficiſcuntur, maximè in quatuor punctis. I. De Præſentia Dei; quis enim peccet, ſi hanc credit? II. Quòd nihil ſine voluntate Dei contingat; quis hoc credendo ſe non ſubmittat? III. Quòd omnia bona in Deo longè meliùs inveniantur; quis non eò ſe convertat relinquendo inferiora. IV. Quòd, quæcunque alijs facimus, Deo faciamus; quis proximum offendat? Quis ei non benefaciat? *S. Thereſia.* *Fidei defectus.*

Fides ſalvat, damnat.

THESIS XII. *Noli eſſe incredulus, ſed fidelis.* Joan. 20. v. 27. I. Fides eſt, *quæ nos ſalvat*; ſi veniat humilitas, ſi patientia, ſi Caſtitas, ſi ipſa Charitas, quæ ab Apoſtolo major dicitur, niſi Fides adſit, omnes repelluntur, & ingredi non permittuntur, inquit S. Bruno *de Ornament. Eccleſiæ. c.* 1. II. Fides eſt, *quæ nos damnat*; Majoris eſt deteſtationis, qui ſub nomine Fidelis agit opera Infidelium, quàm qui apertè Gentiles ſunt. S. Hieron. lib. 3. ſupra Matth. c. 18. *Si bene credis, & malè vivis, proprio te gladio perimis. Joan. Trithem. l. 2. ad Monachos ſerm.* 1.

Superſtitio.

THESIS XIII. *Noli eſſe incredulus,* Joan. 20. v. 27. Triplici modo ſuperſtitio contingit. I. In Materia, II. Numero. III. Et Modo. Sicuti conſideranti facilè patet.

Converſio S. Thomæ.

THESIS XIV. *Infer digitum tuum huc.* Joan. 20. v. 27. Tria miranda! Mortuus per vulnus reſurgit; Reus per parricidium ſanctificatur; Incredulus per infidelitatem convertitur. Nam I. Thomas, tepore ſine Fide mortuus tangendo vulnus Chriſti reſu-

ſci-

ſcitatus fuit. II. Thomas in malo ſtatu conſtitutus quaſi renovando vulnus ſanctificatur. III. Thomas incredulus videndo credit, & convertitur. *Durand. in Charactere Sanctor. hoc feſto.*

THESIS XV. *Noli eſſe incredulus,* Joan. 20. v. 27. Magna inſania eſt Evangelio non credere. I. Cujus veritatem Sanguis Martyrum clamat. II. Apoſtolicæ reſonant Voces. III. Prodigia probant. IV. Ratio confirmat. V. Elementa loquuntur. VI. Dœmones confitentur. Ita ad verbum Joan. Picus Mirandula ep. 3. An non verum eſt: *Teſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis.* Pſ. 92. v. 6. *Fides teſtimonijs confirmata.*

# FESTUM NATIVITATIS JESU CHRISTI.

THESIS I. *Natus eſt vobis hodie Salvator,* Luc. 2. v. 11. Humilitas, *Nativitas Chriſti aliquibus ſcandalo.*

Paupertas, Suſtinentia JESU Chriſti naſcentis ſcandalo ſunt Grandibus, Divitibus, & Delicatis hujus Mundi.

*Triplex.* THESIS II. *Natus eſt vobis hodie Salvator.* Luc. 2. v. 11. Chriſtus triplicem Nativitatem habet. I. Prima eſt *Æterna* in ſinu Patris ſui cœleſtis. II. Secunda eſt *Temporalis* in terra è ſinu Virgineæ Matris. III. Tertia eſt *Spiritualis* in cordibus hominum per verbum Dei.

*Deus homo mitior.* THESIS III. *Invenietis Infantem.* Luc. 2. v. 12. Deus mitior, ex quo Homo. Priusquam appareret Dei humanitas, latebat ejus Benignitas. S. Bern. *in ſerm. de Epiphan.* Quantò enim minorem ſe fecit in Humanitate, tantò majorem ſe exhibuit in Bonitate; & quantò pro me vilior, tantò mihi carior. *S. Bern. ſerm. 1. de Nativ.*

*Myſteriũ Incarnat.* THESIS IV. *Invenietis Infantem.* Luc. 2. v. 12. Agnoſcitur in Chriſti Incarnatione I. Longitudo brevis. II. Latitudo anguſta. III. Altitudo ſubdita. IV. Profunditas plana. *Vide S. Bern. hom. 2. ſuper Miſſus eſt. lit. E.*

THESIS V. *Verbum Caro factum eſt.*

*eſt.* Joan. 1. v. 14. Tria præcipua intuenda ſunt in Myſterio Incarnationis: I. Humilitas. II. Charitas. III. Redemptionis Sacramentum. Verba ſunt Bernardi *epiſt.* 191. *in fine.*

THESIS VI. *Invenietis Infantem.* Luc. 2. v. 12. Effigies Chriſti in Paſtoribus, in Sancto Stephano, in S. Joanne Evang. in Innocentibus apparet: Et quidem I. In Paſtoribus effigies Chriſti *Pauperis.* II. In S. Stephano effigies Chriſti *pro Inimicis orantis.* III. In S. Joanne effigies Chriſti *Amantis.* IV. In Innocentibus effigies Chriſti *Humilis.* *Imago Chriſti.*

THESIS VII. *Invenietis Infantem.* Luc. 2. v. 12. I. Nunquam Deus ſe tam *Magnum* oſtendit, quàm, cùm ſe tam *Parvum* exhibuit. II. Nunquam ſe tam *Potentem* demonſtravit, quàm, cùm ſe tam *Infirmum* effecit. III. Nunquam tam *Amabilis* viſus eſt, quàm, cùm ſe tam Pauperem ac *Miſerabilem* oculis noſtris præbuit. *Craſſet in Conſid.* *Paradoxa.*

THESIS VIII. *Natus eſt vobis.* Luc. 2. v. 11. Ut defectus Nativita- *Vita triplex.*

tis

tis noſtræ velut Medicus repararet, venit JESUS in hunc mundum, recipiendo in ſe Vitam *Naturalem*, Vitam *Publicam*, & Vitam *Civilem*. I. Homines Vitam *Naturalem* incipiunt per primum uſum Senſuum ſuorum. II. Suſcipiunt Vitam *Civilem*, & *Politicam*, acquirendo jus bonorum fortunæ. Chriſtus conjunxit duo maximè extrema in ſe: Dominium creaturarum cum Privatione uſûs earum; renunciando mundum tunc, cùm Poſſeſſionem illius accepit. *Data eſt mihi poteſtas in cœlo & terra. Biroat. Ord. Cluniac.*

*Finis Incarnationis.*

THESIS IX. *Invenietis Infantem*, Luc. 2. v. 12. Chriſtus tres fines ſibi propoſuit in ſua Incarnatione, quos in Infantia ſua nobis manifeſtavit. I. Voluit ſe humiliare, atque ſic infirmitates Infantiæ aſſumpſit. II. Voluit amari, atque ita blandimenta Infantiæ præſetulit. III. Voluit habere ſui Imitatores, atque hinc in hac ætate exempla dedit pro Imitatione. *Jacob. Biroat. hoc feſto.*

*Humilitas.*

THESIS X. *Invenietis Infantem*. Luc. 2. v. 12. Quanta naſcentis Dei hu-

humilitas! I. Abſcondit *Sapientiam* ſuam in Ignorantia infantili. II. *Potentiam* ſuam in imbecillitate infantili. III. *Dominium* ſuum in dependentia, ſeu ſubjectione. *Idem.*

THESIS XI. *Natus eſt vobis hodie Salvator.* Luc. 2. v. 11. I. Venit ad homines. II. Venit propter homines. III. Venit homo. *S. Bernard.* *Deus homo.*

THESIS XII. *Evangelizo vobis gaudium magnum.* Luc. 2. v. 10. In Nativitate Domini, fratres, habemus I. Quod Miremur. II. Quod Amemus. III. Quod Imitemur. *S. Bern. Vide Calamato tract. 3. in hoc feſto.* *Fructus Nativitatis.*

THESIS XIII. *Poſitum in præſepio.* Luc. 2. v. 12. Præſepe eſt I. *Lectus* Chriſti Patientis. II. *Cathedra* Chriſti Docentis. III. *Thronus* Chriſti Regnantis. *La Selve.* *Præſepe.*

THESIS. XIV. *Invenietis Infantem.* Luc. 2. v. 12. Chriſtum Natum debemus I. Amare cum MARIA. II. Laudare cum Angelis. III. Quærere cum Paſtoribus. *Id.*

THE-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Vitia confundit.* THESIS XV. *Natus eſt vobis hodie Salvator.* Luc. 2. v. 12. Septem peccata mortalia ad Præſepe Chriſti adducta, & Virtutum ejus exemplô deſtructa: Nam ſicut Hercules infans ſerpentes in cunis dilaceravit, multò præſtantiùs Divinus hic Infans eos ſuperabit & collidet: ſcilicet, Superbos Humilitate; Avaros Paupertate; Luxurioſos Innocentia; Invidos Charitate &c.

*Mundum damnat.* THESIS XVI. *Et hoc vobis ſignum.* Luc. 2. v. 12. Variæ Epigraphes Præſepio Chriſti hinc inde erecto apponi poſſent: I. *Væ vobis Divitibus.* Luc. 6. v. 24. Hac per Paupertatem Infantis damnantur Mundi divitiæ. II. *Gloria in Excelſis Deo in terris inglorio:* Hac ſternitur Infantis Humilitate Mundi ſuperbia. III. *Sic Naſci voluit, qui voluit amari.* S. Bern. Qua per Blanditias Infantis corriguntur mundi deliciæ. Atque ita Superbia vitæ, Concupiſcentia oculorum, Concupiſcentia Carnis, mundi elementa tolluntur à Chriſto Naſcente è medio.

*Beneficia.* THESIS XVII. *Invenietis Infantem.* Luc. 2. v. 12. Ecce I. Deum In-

*Invíſibilem,* qui ſe abſcondit, ut ſe redderet Viſibilem. II. Deum *Liberalem,* qui omnes noſtras miſerias in ſe transtulit, ut nos omnibus ſuis Magnalijs repleret. III. Deum *Viventem,* qui ſe hominem fecit mortalem, ut nobis largiretur Immortalitatem. *Diction. Apoſt.*

THESIS XVIII. *Evangelizo vobis gaudium magnum.* Luc. 2. v. 10. I. Gratia Incarnationis, eſt gratia, quæ Angelos obligat ad honorandos homines. II. Eſt gratia, quæ homines in Angelos transmutat. III. Eſt gratia, quæ facit homines Deos, eodem tempore, quo Angelos. *Id. verb. Incarn.*

*Gratia Incarnationis.*

THESIS XIX. *Verbum Caro factum eſt.* Joan. 1. v. 14. I. Incarnatio omnium pulcherrima *Expeditio* Sapientiæ Dei. II. Omnium maxima *Occupatio* ejus Potentiæ. III. Omnium amabiliſſimus *Exceſſus* Charitatis. *Id.*

THESIS XX. *Natus eſt vobis hodie Salvator.* Luc. 2. v. 11. Incarnatio nobis dat *Redemptorem* juſtum, *Le-*

gis-

*giſlatorem* amabilem. *Benefactorem u-*
*niverſalem.* *Id.*

THESIS XXI. *Verbum Caro fact-*
*eſt.* Joan. 1. v. 14. I. Incarna-
Myſterium eſt, quod nobis viam ap-
rit, ut loquamur *cum Deo.* II. Myſ-
rium, quod nobis occaſionem præb-
loquendi *de Deo.* III. Myſterium
quod nos in ſtatu collocat loquendi p-
*Deo. Id. ibid.*

THESIS XXII. *Natus eſt vo-*
Luc. 2. v. 11. I. Nativitas hæc d-
*Fratrem Hominibus*, qui eſt Filius De-
II. Nativitas hæc dat *Regem Angel-*
qui eſt Filius Hominis. III. Nati-
tas hæc dat *Victimam Deo*, quæ digna e-
Juſtitiæ ipſius. *Id. ibid.*

*Nativitas Chriſti.*

THESIS XXIII. *Invenietis Infan-*
*tem.* Luc. 2. v. 12. I. Quamvis na-
tus ſit in ſumma miſeria, tamen fe-
cior Nativitas nunquam extitit ſu-
II. Quamvis natus ſit in maxima h-
militate, tamen glorioſior Nativita-
nunquam extitit ſuâ. III. Quamvi-
natus ſit in fuga, tamen magis victo-
rioſa Nativitas nulla extitit hâc ſu-
*Id. ibid.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

THESIS XXIV. *Tranſeamus usque Bethleem, & videamus,* Luc. 2. v. 12. Quid videamus? tria prodigia: *Infantem currentem*, licèt uſum pedum non habeat. *Infantem loquentem*, licèt uſu linguæ careat. *Infantem juvantem*, licèt uſum manuum necdum teneat. Ita eſt, Parvulus noſter *currit, diſcurrit, ſuccurrit.* I. Currit poſt peccatores, quos convertat. II. Diſcurrit de omnibus rebus, quas explicat. III. Succurit miſeris omnibus, quos invenit. *Durand. hoc feſt. in Charact. Sanctor.*

*Prodigia in Nativitate.*

THESIS XXV. *Evangelizo vobis gaudium magnum.* Luc. 2. v. 10. Nativitas Chriſti I. Objectum noſtræ *Admirationis.* II. Objectum noſtri *Amoris.* III. Objectum noſtræ *Imitationis* eſt. *Chappuis Medit. 30. Dec.*

*Nativitas Chriſti.*

O FE-

# FESTUM S. STEPHANI Proto-M.

*Venia Inimicorum.* THESIS I. *Faciebat prodigia & ſigna magna.* Act. 6. v. 8. Nam I. Patitur ſine murmuratione. II. Ignoſcit Perſecutoribus ſine redargutione. III. Orat pro Inimicis ſine hæſitatione. Si Stephanus non oràſſet, Eccleſia Dei Paulum non haberet.

*Laus.* THESIS II. *Elegerunt Stephanum virum plenum fide, & Spiritu Sancto.* Act. 6. v. 5. I. Stephanus plenus *Fide.* II. Plenus *Gratia.* III. Plenus *Spiritu Sancto*, confundebat Judæos.

*Corona triplex.* THESIS III. *Novi te ex nomine.* Exod. 33. v. 12. Tres coronas accepit Sanctus Stephanus in cœlo: I. Prima fuit *Corona Juſtitiæ.* II. Secunda fuit *Corona gloriæ.* III. Tertia fuit *Corona ex lapide pretioſo.* Scilicet: prœmium *Meritorum, Martyrij, Doctrinæ.*

THE-

THESIS IV. *Obdormivit in Domino.* Act. 7. v. 59. Mors Sancti Stephani cum morte Chriſti in eo ſimilitudinem habuit, quòd I. Uterque fuit Innocens, gratis odio habitus propter veritatem. II. Uterque injuſtam perſecutionem paſſus eſt, quia vitijs ſe ſe oppoſuerunt, & ea damnârunt. III. Uterque ultima vitæ momenta impendit pro exoranda venia ſuorum inimicorum. *Bretteville.* *Chriſtum imitantur Martyres.*

THESIS V. *Impetum fecerunt unanimiter in eum* Act. 7. v. 56. S. Stephanus I. Paſſus eſt ab inimicis *Libenter: Lapides torrentis illi dulces fuerunt.* II. Oravit pro inimicis *Ferventer:* Domine *ne ſtatuas illis hoc peccatum.* III. Protexit inimicos *Efficaciter: Viderunt faciem ejus tanquam faciem Angeli.* *Laus.* *Venia Inimicorum.*

THESIS VI. *Intendens in cœlum vidit gloriam Dei, & JESUM.* Act. 7. v. 55. S. Stephanus I. Pro Chriſto loquitur *Generosè.* II. Pro Chriſto patitur *Conſtanter.* III. Chriſtum imitatur *Fideliter.* *La Selve Conc.* I. *Amor Chriſti.*

THESIS VII. *Video JESUM ſtantem.* Act. 7. v. 55. I. Chriſtus

 com-

communicat Martyrum Paſſionibus. II. Martyres communicant Chriſti Paſſionibus. III. Martyrum Paſſiones eædem velut habentur cum Chriſti Paſſionibus. *Vivien. Tertull. Prædic. verbo Martyres.*

*Martyres grati Chriſto.*

THESIS VIII. *Quid retribuam Domino.* Pſ. 115. v. 12. I. Martyres repensârunt Chriſto Dilectionem pro dilectione. II. Sanguinem pro Sanguine. III. Cicatricem pro cicatrice. *Id.*

*Chriſtus in Martyribus.*

THESIS IX. *Eris corona gloriæ in manu Domini.* Iſai. 62. v. 3. I. Martyres *Chriſtum* coronant, quia Chriſtus vires ſubminiſtrat, in illis pugnat, per illos vincit, & triumphat. II. *Eccleſiam* coronant, nam Eccleſiam propagârunt, propugnârunt, glorificârunt. III. *Semetipſos* coronârunt, quia corona ipſis debetur, ad quam Chriſtus invitat, tyrannus eam procurat, moriendo gloriam acquirunt. *Id.*

*Dilectio Inimicorum.*

THESIS X. *Domine, ne ſtatuas illis hoc peccatum.* Act. 7. v. 59. Quòd non habeamus majores in hoc mundo

Ami-

Amicos, quàm noſtros Inimicos, adeóque ipſis plus quàm alijs obligati ſimus, conſtat I. Propter Meritum, quod utique longè majus evadit. II. Propter Martyrium, ipſi enim nos faciunt Martyres; quid eſt, quæſo, Martyrium niſi beneficium malo animo collatum. III. Propter Virtutum exercitium, faciunt quippe, ut noſtram virtutem exerceamus, fortitudinem, charitatem &c. *Nec mirum, ſi eis neſcit iraſci, per quos ſibi videt Aulam Regni cæleſtis aperiri. Euſeb. Emiſſen. de S. Stephano.*

THESIS XI. *Domine, ne ſtatuas illis hoc peccatum.* Act. 7. v. 59. Dilectio inimicorum ſuadetur exemplis totius Univerſi. *Vide ſuperiùs Dom. 21. poſt Pent. Theſi* 8. *Motiva veniæ.*

THESIS XII. *Domine, ne ſtatuas illis hoc peccatum.* Act. 7. v. 59. Majus quid eſt, amare Inimicos, quàm mori pro Chriſto, inqnit S. Gregorius Naz. de S. Stephano. Majus aliquid Deo morte offerens nempe animi moderationem, & inimicorum dilectionem. Sapritius pro Chriſto mori voluit, ignoſcere inimico noluit. *Magna virtus.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Obligatio ignoſcendi.*

THESIS XIII. *Domine, ne ſtatuas* &c. Act. 7. v. 59. Lex inimicorum dilectionem mandans eſt: I. *Lex Humanitatis*, quia humanitati, & naturæ conſentanea. II. *Lex Veritatis*, quia intellectui & rationi conveniens. III. *Lex Æquitatis*, quia æquitati, & Juſtitiæ conformis. Primum quidem, quia per hanc homo diligit hominem ſibi ſimilem, ad cujus amorem naturaliter allicitur; meretur beatitudinem, ad quam naturaliter inclinatur; vitat miſeriam, & damnationem, quam naturaliter averſatur. Alterum, quia non paſſione, ſed ratione agit; pretia rerum agnoſcit; ratione diſcurrit. Tertium, quia homo inimicum odio habens eſt injuſtus erga Proximum, erga Deum, erga Seipſum. *Vvien. verb. Amor Inimicor.*

*Obligatio ignoſcendi.*

THESIS XIV. *Domine, ne ſtatuas* &c. Act. 7. v. 59. Chriſtianus inimicorum dilectionem debet I. *Proximo*, ſi attendat eos eſſe homines, Dei imagines, Chriſtianos. II. *Chriſto*, qui in illis attendendus eſt ut Dominus in ſervis, ut Pater in filijs, ut Caput in membris. III. *Sibimet ipſi*, utpote per

per quam habemus peccatorum remiſſionem, filiationis Divinæ adoptionem, æternæ felicitatis acquiſitionem. *Id. ibid.*

THESIS XV. *Domine, ne ſtatuas* &c. Act. 7. v. 59. Inimicorum dilectio eſt I. *Virtutis heroicæ exercitatio*, quia glorioſè triumphat, nam vincit diabolum, inimicum, ſeipſum. II. *Charitatis Dominicæ imitatio*, quia à Chriſti Schola, & Dominicæ charitatis exemplo inimicis debemus cor, linguam, & manum; cor, ut eos diligamus, linguam, ut pro eis oremus, manum, ut eis benefaciamus. III. *Perfectionis Divinæ æmulatio*, nam Deum imitatur, Deo aſſimilatur, Deus nuncupatur. *Id. ibid.* *Ignoſcere magna virtus.*

THESIS XVI. *Domine, ne ſtatuas* &c. Act. 7. v. 59. Qui inimicis non ignoſcunt, à Deo ſeveriſſimè plectuntur; nam eos I. Privat Venia. II. Privat Gratia. III. Privat Gloria. *La Selve ſer. 6. poſt Cineres.* *Pœna non ignoſcentium.*

THESIS XVII. *Ab inimicis tuis ſeparare, & ab amicis tuis attende.* Eccl. 6. v. 13. I. Inimici noſtri Amici, ſci- *Bonè.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

licet, qui nobis negant noxia, non parcunt ad Salutem, augent noſtra Merita. II. Amici noſtri Inimici, ſcilicet, qui ſimulant ſe tales, qui nobiſcum peccant, vel peccatum ſuadent, &c.

*Inimicorum triplex gratia.*

THESIS XVIII. *Domine, ne ſtatuas &c.* Act. 7. v. 59. I. Debemus orare Deum, ut illuminet eos, qui nos perſequuntur *ex Ignorantia.* II. Debemus orare Deum, ut moveat cor illorum, qui nos perſequuntur *ex Malitia.* III. Debemus orare Deum, ut cohibeat eos, qui nos perſequuntur *ſpecie Amicitiæ. Diction. Apoſt.*

*Laus.*

THESIS XIX. *Secundus à Rege.* Eſth. 10. v. 3. Chriſtus habet tria Regna Amoris; *Regnum Dilectionis filii* ſui, ut ait S. Paulus; *Regnum Tolerantiæ;* Regnavit à ligno Deus, ut Eccleſia canit: *Regnum Gloriæ;* Rex gloriæ, ut S. Petrus inquit. In omnibus iſtis Regnis ſecundus à Rege eſt S. Stephanus. I. In Regno Amoris, nam primus omnium poſt Chriſtum oravit pro ſuis interfectoribus: *Domine ne ſtatuas illis hoc peccatum.* II. In Regno Tolerantiæ, quia primus Martyrũ pro Chriſto ſubiit: *Lapidabant Stephanum.* III. In Regno glo-

riæ.

riæ, quia primus omnium Juſtorum, & ſecundus, qui poſt Chriſtum vidit cœlum apertum. *Video cœlos apertos. Durand.*

# FESTUM S. JOANNIS Evang.

THESIS I. *Cujus laus eſt in Evangelio.* 2. Cor. 8. v. 18. Joannes: Hic Apoſtolus, Propheta, Evangeliſta, Martyr, Confeſſor, Virgo, Doctor. *S. Thomas Villa Nova ſerm. 2. de S. Joan. Evang.* *Laus.*

THESIS II. *Hic eſt Diſcipulus ille.* &c. Joan. 21. v. 24. Triplicem theſaurum effudit in ſuum dilectum Joannem Chriſtus. I. Singularem Gratiam. II. Eccleſiam ſuam. III. Matrem ſuam ei tribuendo. *Theoph. Raynaud. in Indice Concionat. hìc.*

THESIS III. *Sequebatur autem JESUM Simon Petrus, & alius Diſcipulus.* *Amor Chriſti.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Joan. 18. v. 15. S. Joannes I. O-
mnia pro Chriſto deſeruit, ſcilicet pa-
trem, cum quo reficiebat retia; ma-
trem, quæ adhuc ſuperſtes, ut ex li-
bello ſupplice: *Dic, ut hi duo* &c. patet;
Sponſam, ſi tamen, ut aliqui putant,
ſponſus ille extitit Canæ. II. Chriſto
inſeparabiliter adhæſit, etiam in mor-
te. *Id. ibid.*

*Plus dile-ctus.* THESIS IV. *Cùm vidiſſet ergo Di-
ſcipulum ſtantem, quem diligebat.* Joan.
19. v. 26. Chriſtus ſic inter Petrum,
qui plus diligebat, & Joannem, qui
plus diligebatur, hæreditatem ſuam
diviſit, ut Petrus ſortiretur Eccleſiam,
Joannes Matrem. Guerricus Abbas
ſerm. 4. de Aſſumptione. *Melior eſt,
qui plus diligit Chriſtum, felicior, quem
plus diligit Chriſtus. S. Aug.*

*Martyriū triplex.* THESIS V. *Sic eum volo manere.*
Joan. 21. v. 21. Scilicet, ut ſæpius
moreretur. *Multocies mortuus eſt Joan-
nes*, inquit Chryſoſtomus. Tribus
certè in locis mortis ſupplicium ſeu
Martyrium ſubijt, quæ quaſi tria thea-
tra ſunt gloriæ & excellentiæ ipſius.
I. Primus locus fuit Urbs Jeruſalem,
quæ

quæ Martyrem Amoris vidit in monte Calvariæ. II. Secundus Urbs Roma, quæ ſecundum ejus Martyrium ſpectavit ante Portam Latinam. III. Tertius locus Mare Ægeum, quod tertium Martyrium ejus ſpectavit in Inſula Pathmos. *Dijon.*

THESIS VI. *Quem diligebat JESUS.* Joan. 21. v. 7. Chriſtus S. Joannem effecit I. Cordis ſui Secretarium. II. Filium Adoptivum Matris ſuæ. III. Participem Crucis ſuæ. Id eſt: donavit ei *Cor ſuum, Matrem ſuam, Crucem ſuam.* *Prærogativa.*

THESIS VII. *De calice ejus bibens, & in ſinu ejus dormiens.* 2. Reg. 12. v. 3. I. *Amor Divinus* ſe manifeſtat tum in Amante, tum in Amato; uti videre eſt in Chriſto erga Joannem, Lazarum, & in Amicis Dei beneficijs, & miraculis decoratis. II. *Amor profanus* latet & in Amante, & in Amato. Nam laborat in Amante, ut ſe prodat, exprimat, ſignificet Amato; & tamen certum non facit Amatum de Amante. *Diſcrimen Amoris Divini & profani.*

THESIS VIII. *Quem diligebat JESUS.* Joan. 21. v. 7. Joannes eſt *Laus.*

I. In-

I. Inter Apoſtolos charior. II. In-
ter Evangeliſtas ſublimior. III. In-
ter Martyres conſtantior. *Vivier*
*Tertull. Prædic.*

THESIS IX. *Sic eum volo manere*
Joan. 21. v. 21. Joannes eſt I. Apoſto-
lus in Epiſtolis: II. Evangeliſta in
Evangelio. III. Propheta in Apoca-
lypſi. IV. Martyr in Oleo. V. Epi-
ſcopus in Epheſo. *S. Petrus Damian.*
*de S. Joan.*

*Gratia.*

THESIS X. *Sic eum volo manere*
Joan. 21. v. 21. Joannes tres gratias
habuit præ alijs Apoſtolis. I. Recu-
buit in Cœna ſupra pectus ejus. II.
Accepit Matrem Dei pro ſua. III. Lon-
gam vitam cum ſuavi morte, anno æ-
tatis 99. ut Lorinus putat; in com-
penſationem ſcilicet illius doloris,
quem ſub Cruce pertulit, ut inquit S.
Hieronymus.

*Laus.*

THESIS XI. *Sic eum volo mane-*
*re.* Joan. 21. v. 21. Joannes omnium
*Junior* inter Apoſtolos fit inter Apoſto-
los *Senior.*

*Chriſto di-*
*lectus.*

THESIS XII. *Hic eſt Diſcipulus*
Joan.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Joan. 21. v. v. 24. I. Cui Chriſtus intima cordis ſui ſecreta communicabat. II. Quem Operum ſuorum perfectiſſimæ Charitatis teſtem habere voluit. III. Quem Calicis ſui Paſſionis & tribulationis hæredem inſtituit.

THESIS XIII. *Qui & recubuit in Cœna ſuper pectus ejus.* Joan. 21. v. 20. Conſideremus Joannem in Sinu Dei, in Sinu Chriſti, in Sinu MARIÆ. I. *In Sinu Dei* pervenit, quò nemo poteſt attingere, cognoſcendo Generationem Verbi. II. *In Sinu Chriſti* obtinuit, quod nemo mereri poteſt, ſcilicet conſummationem ſui amoris, quam utique mereri nemo poteſt. III. *In Sinu MARIÆ* factus eſt, quod nemo fieri poteſt, nempe Filius Virginis, & quis talis præter Chriſtum. Ex Sinu Dei prodit Evangeliſta; ex Sinu Chriſti prodit Diſcipulus; ex Sinu MARIÆ prodit Virgo: Evangeliſta, qui cognoſcit, quod nemo poteſt ſcire; Diſcipulus, qui accipit, quod nemo poteſt mereri; Virgo, quod nemo ita poteſt eſſe. *Durand. in Charact. Sanctor. hìc.* *In triplici Sinu.*

THESIS XIV. *Hic autem quid?* *Curioſitas.*

Joan.

Joan. 21. v. 21. Rectè reſpondit Chriſtus : Quid ad te, tu me ſequere. Nam Curioſus I. Interna deſpicit. II. Præterita non reſpicit. III. Præſentia non inſpicit. IV. Futura non proſpicit. *S. Bern. in ſerm.*

# FESTUM SS INNOCENT.

*Martyr.* THESIS I. *Vox in Rama audita eſt, ploratus & ululatus multus.* Matth. 2. v. 18. In Tragœdia Bethleemitica apparent I. *Injuſtitia* Herodis. II. *Crudelitas* Satellitum. III. *Felicitas* Puerorum. *La Selve.*

*Laus.* THESIS II. *Primitiæ Deo & Agno.* Apoc. 14. v. 4. Innocentes conſiderantur in Judæa, in Limbo, & in Paradiſo. I. *In Judæa* ſunt Martyres admirabiles. II. *In Limbo* ſunt Præcurſores gratiſſimi. III. *In Paradiſo* ſunt Sancti privilegiati, quia ibi agnoſcuntur, & honorantur ut Marty-rum

rum Primitiæ, ut Martyrum flores, ut Martyrum gloria. *La Selve.*

THESIS III. *Innocentes & Recti adhæſerunt mihi.* Pſ. 24. v. 21. Ecce Sancti Innocentes. I. Aliqui ſunt Innocentes ex Natura, uti *Infantes.* II. Aliqui ex Ingenij defectu, ut *Simplic s.* III. Aliqui ex defectu Virium malè agendi, ut *Captivi.* IV. Aliqui *ex Virtute*, qui quidem malè agere poſſent, ſed nolunt niſi bene agere. Ita nimirum debet eſſe conſtitura noſtra innocentia. *Varia genera Innocentum.*

THESIS IV. *Sinite parvulos venire ad me.* Marci 10. v. 4. Infantes ſingulari cultu & amore obſervandi ſunt; I. Quia Gratia Baptiſmalis ipſos reddit venerabiles. II. Quia Chriſtus eos ſingulari amore proſecutus fuit. III. Oportet illos ſingulari ſtudio excolere, quia in hac ætate bonæ diſciplinæ vel maximè capaces ſunt. *Diction. Apoſt.* *Infans.*

THESIS V. *Innocentes . . . adhæſerunt mihi.* Pſ. 24. v. 21. I. Sancti Innocentes fuerunt *Primi Angeli* Incarnationis Divinæ. II. Sancti Innocen- *Laus.*

tes fuerunt *Primi Milites* Dei-Hominis. III. Sancti Innocentes fuerunt Primi *Amici* Crucis. *id.*

THESIS VI. *Oblati ſunt ei parvuli.* Matth. 19. v. 13. I. Cùm Sancti Innocentes nati ſint, ut confunderentur cum Infante Divino, eorum *Nativitas* feliciſſima præ alijs fuit. II. Cùm in tam tenera ætate ac infirmitate Tyrannum vicerint, eorum *Triumphus* longè glorioſior extitit. III. Cùm ad ſalvandum Salvatorem occiſi ſint, eorum *Sacrificium* omnium utiliſſimum apparuit. *id.*

THESIS VII. *Ex ore infantium, & lactentium perfeciſti laudem.* Matth. 21. v. 16. I. Sancti Innocentes fuerunt quaſi primi Progenitores, ſeu *Patres Eccleſiæ*, cùm ei filios tot, quot ſecuturos Martyres pepererint. II. Sunt primi *Salvatores* Meſſiæ, quem Herodi ſubtraxerunt. III. Sunt primi *Martyres* Chriſti, qui pro ſecuritate, & gloria ipſius occubuerunt. *Durand. in Charact. Sanctor hìc.*

F I N I S.

SYL-

# SYLVA
## COGITATIONUM SACRARUM
*PRO*
## CATHEDRA.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# PARS TERTIA COMPLECTENS FESTA PARTICULARIA PER *ANNUM.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# FESTUM
# S. SEBASTIANI M.

THESIS I. *Sagittæ tuæ infixæ ſunt mihi.* Pſ. 37. v. 3. Sancto Sebaſtiano infixæ fuerunt I. Sagittæ *Doloris.* II. Sagittæ *Timoris.* III. Sagittæ *Amoris.* *La Selve. in feſto S. Auguſtini tom. 3. Sanctor.* *Sagittæ variæ.*

THESIS II. *Gloria & honore coronâſti eum.* Pſ. 8. v. 6. Chriſtus S. Sebaſtiano apparens, dato ei oſculo, dixit: Tu perpetuus eris mei palatij cœleſtis Satrapa; tu meæ perennis conviva Menſæ; tu ſempiternus meæ Collega gloriæ. Dixit, & evanuit. Ecce elogium ex ore Chriſti: I. Cœleſtis aulæ *Satrapa.* II. Cœleſtis Menſæ *Conviva.* III. Divinæ gloriæ *Collega.* *Ribadeneira in vit. fol. 41. col. 1.* *Laus.*

THESIS III. *Irridens crudelem tyrannum.* 2. Mach. 7. v. 27. Tyranni ma- *Tyranni Tyrannorum.*

magìs cruciabantur, quàm Martyres, quos ipſi cruciabant. *Paciuchellus lib. 14. n. 16.*

*Laus.* THESIS IV. *Reliquit . . . Defenſorem domûs contra inimicos, & amicis reddentem gratiam.* Eccl. 30. v. 6. Sanctus Sebaſtianus tres in Eccleſia prærogativas habuit: I. Primus *Miles Apoſtolus,* qui fidem prædicavit, & titubantes confirmavit. II Primus *Defenſor Fidei,* ita à Cajo Papa nominatus, & ſic à Sede Apoſtolica optimè meritus. III. Primus *bis Martyr,* qui bis Martyrium pertulit, & ſagittis confoſſus, & verberibus confectus. *Durand. in Charactere Sanctor.* 20. *Jan.*

*Peſtis duplex.* THESIS V. *Peſtis valde gravis,* Exod. 9. v. 3. I. S. Sebaſtianus Patronus eſt contra Peſtem, quæ afficit Corpus. II. S. Sebaſtianus Patronus eſt contra Peſtem, quæ afficit Animam, ſcilicet Peccatum. Primum testatur Hiſtoria, alterum ejus Vita. *Per peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum Mors.* Rom. 5.

FE-

# FESTUM S. THOMÆ de Aquino.

THESIS I. *Erat Lucerna ardens.* Joan. 5. v. 35. Sunt Doctorum quidam, I. Qui lucent, & ardent. II. Quidam, qui ardent & non lucent. III. Quidam qui lucent, & non ardent. IV. Quidam qui nec lucent, nec ardent. Hugo Card. *in c.* 10. *Apocalypſ.* Utique S. Thomas de prima claſſe fuit, qui doctrinâ luxit, & virtute arſit? *Doctrina lucens & ardens.*

THESIS II. *Implevi eum Spiritu Dei, ſapientiâ, & intelligentiâ, & ſcientiâ.* Exod. 31. v. 3. S. Thomæ ſcientia fuit I. Cæleſtis. II. Spiritualis. III. Angelica; in oppoſitionem Sapientiæ Mundi, quæ juxta S. Jacob. ep. 3. eſt Terrena, Animalis, Diabolica, v. 3. *Scientia Sancta.*

THESIS III. *Qui addit ſcientiam, addit & laborem.* Eccleſ. 1. v. 18. Per jocum hic Sanctus Bos nominatus fuit, *Jocus non jocus.*

& in veritate extitit: I. Nam mul-
tùm laboravit pro Eccleſia,& quidem
levibus impenſis. II. Quia ſcientiam
ſuam ſat bene ruminavit, atque di-
geſſit. III. Quia perfectè cognovit
Dominum ſuum. Cognovit bos Poſ-
ſeſſorem &c. Bene ſcripſiſti &c.

*Finis ſcientiæ.* THESIS IV. *Si quis autem ſe exi-
ſtimet ſcire aliquid, non cognovit, quemad-
modum oporteat eum ſcire.* 1. Cor. 8. v.
1. I. Acquirere Scientiam, ut ea ven-
datur, turpis avaritia eſt. II. Com-
parare ſibi Scientiam, ut gloriam inde
contrahat, mercatura fumi eſt. III.
Impendere ſe Scientiarum ſtudio, ut
ſimpliciter notitiam hauriat, labor in-
utilis eſt. IV. Nobilis Scientiam
procurandi finis eſt, ei ſtudere, ut ho-
mines doceat, & ſe ſalvet.

*Fidelitas.* THESIS V. *Sed fidelis.* Joan.
20. v. 27. Fuit enimvero etiam hic
noſter Thomas I. Fidelis in ſe. II.
Fidelis in alijs. III. Fidelis in pericu-
lis. IV. Fidelis in morte. *Vide Lob-
betium feſto S. Thomæ Apoſt.*

*Abyſſus Sapientiæ & Virtutis.* THESIS VI. *Plenus Sapientia, &
Gratia Dei.* Luc. 2. I. S. Thomas
non

non fuiſſet tam Sapiens, ſi non fuiſſet tam Pius. II. Non fuiſſet tam Pius, ſi non fuiſſet tam Sapiens. Verbo, S. Thomas Abyſſus Sapientiæ, Abyſſus Virtutis.

THESIS VII. *Ecce plus quàm Salomon hic*. Tam in dotibus internis, quàm externis. I. Et quidem *Internis*; fuit enim ſapientior tum ratione objecti, tum ratione charitatis &c. Item humilior, ardentior in amore Dei, magìs purus & caſtus, magìs pacificus. II. *Externis*; Superavit enim Salomonem in opulentia, & divitiarum poſſeſſione; quia poſſidentem omnia poſſedit, non aliam &c. In honoribus, & veneratione ipſi à populo exhibitis ante, & poſt mortem. *Theophil. Raynaud. in Indice Concionat. feſto S. Joann. Evang.* *Plus quàm Salomon.*

THESIS VIII. *Miſi ergo tibi Virum prudentem, & ſcientiſſimum.* 2. Paral. 2. v. 13. S. Thomas Aquinas morti proximus interrogatus fuit quæſtionibus pluribus, ad quas ſapientiſſimè reſpondit. Audiamus ex iis aliqua quæſita, & reſponſa: I. Prima Quæſtio: Quomodo quis poſſit ad magnam evadere doctrinam? R. Qui *Prudentia S. Thomæ.*

fuerit contentus unius libri lectione. II. Quid maximè mirabile in hoc mundo? ℟. Riſus in ore peccatoris ſibi malè conſcij. III. Quid ſit Paradiſus? (& hoc ſoror ſcire avebat, uti & duo ſequentia) ℟. Niſi eum merueris, quid ſit, non facilè intellexeris. IV. Quomodo quis ſalvari poſſit facillimè? ℟. Ama. V. Quid maximè deſiderandum Mortali? ℟. Bene mori. Sic dixit Doctor Angelicus, & mortuus eſt, ſicut mori vellet, ſi poſſet Angelus. *Hartung. Dom. 3. Quadrag. Conc. Ruſtica tit. Tempus Mortis tempus Confeſſionis.*

*Laus.* THESIS IX. *Cujus laus non ex hominibus, ſed ex Deo eſt.* Rom. 2. v. 29. I. S. Thomas eſt Doctor omnium maximè Subtilis, & tamen Simplicitatem maximè æſtimavit. II. Eſt Doctor profundiſſimus, & qui ſe explicavit cum maxima unctione. III. Eſt Doctor maximè Victorioſus, & qui triumphavit cum maxima Modeſtia. *Di- ction. Apoſt.*

*Laus.* THESIS X. *Inventus eſt ſine macula.* Eccl. 1. v. 8. Conſiderari poteſt S. Thomas triplici reſpectu. I. In Cunis ut *Infans*, ubi eum B. V. ſu- ro-

Nomine nutrivit, quod ille Chartulæ inſcriptum deglutivit. Alia vice B. V. ipſi dixit: Fili mi, curam tui habebo. II. In Cellula ut *Religioſus*: quando ab impudica fœmina tentatus, illâ fugatâ, à duobus Angelis cingulo Caſtitatis circumdatus fuit. III. In Eccleſia ut *Doctor*: qui approbationem Doctrinæ ſuæ à Crucifixo habuit, atque mercedem. *Durand. in Character. Sanctor.*

THESIS XI. *Potens in opere & ſermone.* Luc. 24. v. 19. Haud ſatis admirari poſſumus, I. Quæ *ſcripſit.* II. Quæ *dixit.* III. Quæ *fecit.* IV. Quæ *pertulit*, ſeu ſuſtinuit. Nam primò, Quot articuli tot ſunt miracula. Secundò, Non aliam mercedem præter Te &c. Aliáque dicta, quæ, uti & facta, ex ejus vita deſumi poſſunt. *Fecit enim mirabilia in vita ſua.* Eccl. 31.

*Opera mirabilia ejus.*

# FESTUM INVENTIONIS S. CRUCIS.

*Crux Via Cœli.*

THESIS I. *Initiavit nobis viam novam.* Hebr. 10. v. 20. Crux eſt ad cœlum I. *Via Brevis*, ut, qui hanc tenuerint, intra unum diem, intra unum momentum, in ipſo tempore, quo crucem portârunt, pervenerint. II. *Via Secura*, quia Chriſtus hanc elegit, quia Sancti hac via tranſierunt, & quia, qui hac via non incedunt, ad cœlum non perveniunt. III. *Via Neceſſaria*, ut obtineatur hæc merces, ut percipiatur hæc corona, ut poſſideatur hoc Regnum. *La Selve.*

THESIS II. *Notas facite in populis adinventiones ejus.* Iſai. 12. v. 4. Crux eſt inventio admirabilis Sapientiæ, Juſtitiæ, & Bonitatis Divinæ. I. *Sapientiæ* quidem, quia Redemptio in ea facta, ut homo, qui per Lignum perijt, per Lignum reſtitueretur. II. *Ju-*

*Juſtitiæ*, quia per eam oſtenditur, quid mereatur peccatum, propter quod oportuit pati Chriſtum. III. *Bonitatis*, quia amorem Filij Dei erga homines demonſtrat, inſuper ſolatium affert Tribulatis. *Craſſet in Medit. Feſto Invent. S. Crucis.*

THESIS III. *Notas facite in populis adinventiones ejus.* Iſai. 12. v. 4. Providentia Divina non niſi tribus modis homines gubernare potuit. I. Permittendo, *ut ſemper Bene Bonis, & Malè Malis eſſet*: Verùm hac ratione homines ſecuri forent Amoris, & Odij apud Deum, & Juſti nil haberent, quod timerent, nec Mali, quod ſperarent, qui ſtatus solùm eſt alterius vitæ. II. Permittendo, *ut Malis ſemper Bene, & Bonis Malè eſſet*: Verùm hoc homines de Providentia Divina dubitare faceret, an gubernaret Univerſum. III. Permittendo, *ut utriſque Bona, & Mala mixtim contingerent*, & hunc modum elegit Divina Sapientia, per conſolationes & tribulationes homines ad ſe trahendo. *Id. ibid.*

DIES

# DIES ROGATION

*Panis triplex.*

THESIS I. *Commoda mihi tres panes.* Luc. 11. v. 5. Triplex eſt Panis Salutis. I. Panis *Angelorum.* II. Panis *Filiorum.* III. Panis *Amicorum.* Primus eſt Euchariſtia, de quo dictum eſt, Panem Angelorum manducabit homo: Secundus eſt Verbum Doctrinæ, de quo dictum eſt, non eſt bonum ſumere panem filiorum, & dare canibus: Tertius eſt Exemplum vitæ. Propter hunc triplicem panem dictum eſt ter Petro: *Paſce oves meas*; ac ſi diceret ei Dominus; *Paſce Euchariſtiâ, Paſce doctrinâ, Paſce bonâ vitâ. Petr. Bleſſenſ. ſerm.* 44.

*Oratio non exaudita, cur?*

THESIS II. *Oratio autem fiebat ſine intermiſſione ab Eccleſia ad Deum pro eo.* Act. 12. v. 5. Oratio multorum ſæpe non exauditur, cur? I. Quia mala poſtulant; nam qui malum poſtulant, orationis decorem devaſtant,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Deum vituperant, ſua peccata augent. II. Quia indifferentia conditionatè non poſtulant, vel non moderatè, vel non ordinatè. III. Quia bona debitè, & rectè non poſtulant; nam abſolutè non conditionatè petenda Divinæ voluntatis adimpletio, Regni cœleſtis acquiſitio, Dei poſſeſſio. *Vivien. verb. orat.*

THESIS III. *Oportet ſemper orare, & non deficere.* Luc. 18. v. 1. I. Sine oratione homo in manifeſto periculo verſatur ſuæ damnationis; quia Oratio abſolutè neceſſaria eſt ad acquirendas gratias Salutis, & donum Perſeverantiæ non obtinetur, niſi per Orationem. II. Per Orationem etiam maximi peccatores miſericordiam poſſunt obtinere: propterea Deus ſæpe Juſtos & Prophetas inhibuit, ne pro peccatoribus orarent, ut non ignoſcere ipſis deberet. *Bretteville. Dom. Quaſimod.* *Neceſſitas Orationis.*

THESIS IV. *Petite, & accipietis.* Joan. 16. v. 24. Conditiones bonæ Orationis ſunt: I. Status Gratiæ. II. Fiducia in Deum. III. Humi- *Conditiones Orationis bonæ.*

militas. IV. Attentio. V. Perſeverantia. *Faber. hîc. Conc. 1.*

*Oratio communis.* THESIS V. *Oratio autem fiebat ſine intermiſſione ab Eccleſia ad Deum. Act.* 12. v. 5. Oratio in communi, ſeu à Communitate facta, eſt I. Deo gratior. II. Chriſtianæ Profeſſioni accommodatior. III. Ad impetrandum efficacior. *Miechovienſ. in Litan. Diſcurſu 63. tit. Nobis.*

*Oratio exaudita.* THESIS VI. *Petite, & dabitur vobis.* Matth. 7. v. 7. I. Deus *Differendo* exauditionem precum noſtrarum nos periclitatur, ſeu probat. II. Deus *Negando* precibus id, quod Saluti noſtræ adverſatur, nos exaudit. III. Deus *Plus dando*, quàm in Oratione ſperavimus, Orationi noſtræ benedicit. *Diction. Apoſt.*

THESIS VII. *Confide.* Matth. 9. v. 2. I. Maxima *Fiducia* in Oratione noſtra conſiſtit in eo, quòd Filius Dei promiſerit nobiſcum orare. II. Orationis noſtræ *Eloquentia* tunc eſt, quando nihil aliud in ea petimus, quàm quod Filius Dei ipſe pro nobis petit. *Id.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

THESIS VIII. *Congregamini, & venite, & accedite ſimul.* Iſai. 45. v. 20. Supplicationes, ſeu Proceſſiones I. In memoriam nobis revocant Exitum Iſraël ab Ægypto, ſeu liberationem Populi Dei. II. Nobis repræſentant Eccleſiam ut Caſtrorum aciem ordinatam. III. Nos admonent, ut Chriſto obviam procedamus. *id.* *Proceſſio ad quid?*

THESIS IX. *Congregate, & venite, & accedite ſimul.* Iſai. 45. v. 20. Evacuatur meritum Proceſſionis. I. Quando quis tantùm ex Vanitate ſuique oſtenſione ei intereſt. II. Quando ſolùm Recreationis, vel deambulationis gratiâ eam comitatur. III. Quando animo indevoto, & diſſipato quis ei aſſiſtit. *ibid.*

# IN FESTO DE CORDE JESU.

THESIS I. *Cor autem eorum longè eſt à me.* Matth. 15. v. 8. Scilicet *Cordis JEſu qualitates.*

cet non eſt ita comparatum, ſicut Cor JESU. Nam Cor JESU I. Cor grande & *generoſum*, utpote extendens ſe ad omnes, & vitam ac ſanguinem profundens. II. Cor *humile*, & *mite*, & hoc maximè erga Peccatores. III. Cor *tenerum*, & *zeloſum*, utrumque in amore. *Chappuis tom, 3. Medit. in fine.*

*Magnes cordis.* THESIS II. *Recubuit in Cœna ſupra pectus ejus.* Joan. 21. v. 20. I. Cor JESU eſt *Principium* Cordis noſtri. II. Cor JESU eſt *Centrum* Cordis noſtri. III. Cor JESU eſt *Magnes* Cordis noſtri. IV. Cor JESU eſt *Cor* Cordis noſtri. *Irrequietum eſt Cor noſtrum, donec requieſcat in te.* S. Aug. *Vide ſupra part I. Dom. 17. poſt Pent. theſ. 1.*

# FESTUM S. ANTONII de PADUA.

*Imago SS. Trinit.* THESIS I. *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram.* Gen.

Gen. 1. v. 26. S. Antonius perfecta Trinitatis imago repræſentat I. Patris *Potentiam* miraculorum multitudine, magnitudine, ſolitudine. II. Filij *Sapientiam* futurorum prædictione, ſecretorum cordis manifeſtatione, verbi Dei prædicatione. III. Spiritûs Sancti *Munificentiam*, mutuando à Spiritu Sancto bonæ indolis comitatem, ſanctitatem, liberalitatem. *Vivien. Tertull. Prædic.*

THESIS II. *Potens in opere, & ſermone.* Luc. 24. v. 19. I. S. Antonius eſt Concionator efficax, quia quod dicit, facit, & facit alios facere. II. Eſt Concionator Miraculoſus, quia miracula Converſionum facit, & ipſe eſt Miraculum. *Ceriziers.* *Concionator.*

THESIS III. *Novi te ex Nomine.* Exod. 33. v. 12. Antonius Magnus, & Antoninus, ſeu Antonius Minor, ſimul conſtituunt Antonium de Padua, ille Devotione, iſte Scientia ſua, ut meritò dici poſſit *Antonius ab Antonijs.*

THESIS IV. *Si utrumque ſimul, melius erit.* Eccleſ. 11. v. 6. S. An- *Lancà*

tonius in ſemetipſo conjunxit I. Scientiam cum Amore. II. Magnitudinem cum Humilitate. III. Vitam activam cum contemplativa. *La Selve in feſto S. Bonav.*

*Miracula.* THESIS V. *Fecit .. mirabilia in vita ſua.* Eccl. 31. v. 9. S. Antonius fuit portentoſus I. In Aëre. II. In Mari. III. In Terra. IV. In Inferno. *Id.*

*Mauſolæũ.* THESIS VI. *Erit Sepulchrum ejus glorioſum.* Iſai. 11. v. 10. Mauſolæum glorioſum eidem erigendum. Conſtruat Padua ſplendidum Sacri Sancti Antonij Mauſolæum, cujus quatuor angulis quatuor elementorum juſſui ipſius parentium inſculpta cernatur Obedientia: *Aër* cum tempeſtatibus & procellis ſedatis & quieſcentibus: *Ignis* cum flammis repreſſis, incendiisque reſtinctis. Ex pyramidibus dependeant pro trophæis innumera Beneficentiæ ipſius ſpolia, victorum vexilla, Naufragorum anchoræ, Captivorum catenæ & vincula, mortualia Reſuſcitatorum indumenta, quorumcunque demum Infirmorum

anathemata. Diffundatur fama, ut Sacrario huic opere Phrygio fiant tapetes, & cortinæ auribus, oculis, linguis intertexta; auribus, quia tot ſurdis donavit auditum; oculis, quia tot cœcis viſum; linguis, quia tot mutis donavit eloquium &c. *Vieira in ſerm. S. Anton. p. 2.*

*Lingua S. Antonii*

THESIS VII. *Spiritus Domini locutus eſt per me, & ſermo ejus per linguam meam.* 2. Reg. 23. v. 2. Sicut S. Franciſcus Caput, S. Bonaventura Cor, S. Petrus de Alcantara, Alanus, aliíque innumeri Membra Corporis, ita S. Antonius Lingua eſt Ordinis Seraphici. *Lingua* enimvero *Ordinis* ſui, qua loquebatur ſuis Religioſis; *Lingua Eccleſiæ*, qua loquebatur Fidelibus Eccleſiæ; *Lingua Dei*, qua loquebatur Deo Cœli. I. Ut *Lingua Ordinis* loquebatur ſuis Diſcipulis, ut *Lector*. II. Ut *Lingua Eccleſiæ* loquebatur Fidelibus ut *Concionator*. III. Ut *Lingua Cœli* loquebatur Deo ut *Cantor* in Choro. Quod autem in omnibus characteriſticum eſt: Ut Lector primus erat Theologus Ordinis, qui erudiebat Diſcipulos Seraphicos; Ut Concionator erat

Arca Utriusque Teſtamenti, ſciens Biblia memoriter; ut Cantor ſimul adſtitit Choro laudem Divinam intonans, & eodem momento prædicans in Cathedra. *Durand.*

# FESTUM SCAPULAR. B. V.

*Signum ſalutis.* THESIS I. *Signum habentes Salutis.* Sap. 16. v. 6. Scapulare à B. V. datum eſt ut Signum. I. Scilicet ut Signum Fœderis. II. Signum Protectionis. III. Signum Salutis. *La Selve tom. 3. de Sanctis hoc feſto.*

THESIS II. *Signum habentes Salutis.* Sap. 16. v. 6. Accipe Scapulare (dixit B. V. ad B. Simonem Stock porrigendo illi Scapulare) quod eſt: I. Signum Salutis. II. Salus in periculis. III. Fœdus Pacis, & Pacti ſempiterni. *Diotallevi in hoc feſto.*

*Veſtis triplex.* THESIS III. *Induit me veſtimentis Salutis.* Iſai. 61. v. 10. Tunicam

eam parvam faciebat ei, quam afferebat ſtatutis diebus. 1. Reg. 2. Tunica hæc eſt I. Veſtis *Servorum B. V.* II. Veſtis *Bellica* contra Dæmones. III. Veſtis *Nuptialis*, qua indutus quis admittitur ad Agni Nuptias, ſeu Convivium Cœleſte.

# FESTUM B. ALOYSII GONZAGA.

THESIS I. *Fortis eſt ut mors dilectio.* Cant. 8. v. 6. Aloyſius Martyr. Mors tripliciter contingere poteſt in Amore, cum Amore, ex Amore. I. Cùm quis moritur *in Amore* habituali, qui ſanctificat animam. II. Cùm quis moritur *cum Amore* actuali, quando quis ſemper intentus amori erga amatum, neque violentiâ mortis ab eo ſeparari poteſt. III. Cùm quis moritur *ex Amore*, qui mortis cauſa eſt; talis fuit mors B. Aloyſij.

*Amor causa mortis.*

*Angelus.* THESIS II. *Viderunt faciem ejus, tanquam faciem Angeli.* Act. 6. v. 15. Aloyſius Angelus. I. Fuit Angelus ratione *Puritatis*, quâ floruit. II. Ratione *Abſtinentiæ*, quam ſectatus eſt. III. Ratione *Orationis*, cui indeſinenter ahdæſit. *La Selve feſto S. Hieronymi part. 2. tom. 4. de Sanctis.*

# FESTUM S. ANNÆ Mat. B. V.

*Laus.* THESIS I. *Simile eſt Regnum Cælorum theſauro.* Matth. 13. v. 44. I. Beata Anna eſt *Dives* precioſo Virtutis theſauro, nam omnes virtutes congregavit, & in ſpiritualibus divitiis cunctas Veteris Teſtamenti fœminas ſuperavit. II. *Ditior* Mariano Theſauro, nam Mater admirabilis in conceptione demonſtratur; Mater glorioſa à Filia ſanctificatur; Mater honorabilis per Filium honoratur. III. *Ditiſſima* Dominico Theſauro, nam à Chriſto ditatur ratione Propinquitatis, Cha-

ri-

titatis, Authoritatis. *Michaël Vivien verb. Sanctorum feſtivitates.*

THESIS II. *Gratia plena.* Luc. 1. v. 28. Anna ſignificat Gratiam. I. Nihil tam *Neceſſarium* quàm Gratia; ſine hac neque bonam cogitationem, neque bonum deſiderium concipere poſſumus. II. Nihil magìs *Utile*, quia per Gratiam procuramus noſtram ſalutem, & congregamus divitias pro æternitate. III. Nihil adeò *Pretioſum*; quia omnia bona mundi tanti non valent, quàm minimus gradus Gratiæ, quam tam carò Chriſtus nobis per Paſſionem ſuam comparavit. *Gratia.*

THESIS III. *Proceſſerat in diebus multis, & vixerat cum viro ſuo.* Luc. 2. v. 36. Tria genera Sterilitatis in mundo reperiuntur: I. Una *Naturæ* ex defectu liberorum, ejusmodi conſolari ſe debent voluntate Dei, qui ſolus habet claves vitæ ac mortis; & adoptare ſibi liberos ſpirituales, ſcilicet Pauperes. II. Altera *Fortunæ*, ob defectum bonorum; hi Sterilitatem ſuam patienter ſufferre debent, imò cum gaudio, quia Chriſtus ipſos beatos de- *Sterilitas. triplex.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

clarat. III. Tertia *Gratiæ*, ex defectu conſolationum: qui hanc ſiccitatem experiuntur, debent ſe multùm coram Deo humiliare. *Craſſet. Conſid. hoc feſt.*

*Laus.* THESIS IV. *Hæc eſt enim Mater eius.* 3. Reg. 3. v. 27. Sancta Anna extitit I. Mater *Grata*, in oblatione Filiæ ſuæ. II. Mater *Juſta*, quæ Deo tribuit, quod à Deo habuit. III. Mater *Pia*, quæ exemplo ſuo virtutum alijs matribus præluxit. *Diction. Apoſt.*

THESIS V. *Supra modum autem Mater Mirabilis.* 2. Mach. 7. v. 20. I. Sancta Anna *Fœcunditatem* ſuam miraculoſam oſtendit in ea ætate. II. Sancta Anna *Authoritatem* ſuam tenuit, conſentiendo Voto Filiæ ſuæ. III. Sancta Anna *Humilitatem* ſuam admirationi expoſuit, recipiendo inſtructionem in virtutibus à ſua Filia. *Diction. Apoſt.*

# FESTUM
# S. IGNAT. LOYOL.

THESIS I. *Sanctus unicus multiplex.* Sap. 7. v. 22. In Martyrologio, & Menæis quinque invenio Sanctos Divo noſtro cognomines, & parte aliqua vitæ conſimiles: I. S. Ignatius *Miles*, de quo S. Cyprianus ep. 34. Sic Cæſari fidelem fuiſſe, ut Deo fidelior fuerit Martyr. II. S. Ignatius *Patriarcha* Conſtantinopolitanus defenſa contra Photium Romanæ Sedis Authoritate celebratus. III. S. Ignatius *Abbas*, qui prudenter & ſanctè præfuit Monaſterio inferioris Ryacis in Oriente. IV. S. Ignatius *Sacerdos* Conſtantinopolitanus, qui S. Athanaſiam, alióſque rexit. V. S. Ignatius Antiochenus *Epiſcopus*, qui Nomen JESU cordi ſuo inſcriptum habuit. *Vide Fallonium in Indice Concionat. fol.* 82. *col.* 2. *Ignatij plures.*

THESIS II. *Da mihi animas.* Gen. 14. v. 21. S. Ignatius plenus *Zelus animarum.*

Zelo Divino I. Reſpectu Ignarorum, quos omnes illuminare voluit. II. Reſpectu Peccatorum, quos omnes ad Deum convertere optavit. III. Reſpectu omnium Hominum, quos omnes ſalvare deſideravit. *La Selve hic.*

*Gratia.* THESIS III. *Plenus gratia. Act. 6. v. 8.* S. Ignatius plenus fuit gratia. I. Plenus *Gratia Triumphante*, quæ illum ad terrena omnia abjicienda impulit. II. Plenus *Gratia Operante*, quæ illum ad ardua ſuſcipienda movit. III. Plenus *Gratia Humiliante*, quæ illum ad vilia, & abjecta, multa pro Dei amore facienda inclinavit. *Id. ibid.*

*Laus.* THESIS IV. *Quem diligebat JESUS. Joan. 21. v. 7.* I. Gratiæ, & favores extraordinarij, quos Chriſtus S. Ignatio in Converſione ſua contulit, ipſum apud *Miſericordiam* ſuam Gratioſum demonſtrant. II. Miracula, quæ Chriſtus ad ejus interceſſionem tam copioſa patravit, ipſum apud *Potentiam* ſuam Gratioſum probant. III. Lumina, quæ ſingularia à Chriſto recepit ad dirigendas Animas, ipſum apud

pud *Sapientiam* ſuam Gratioſum oſtendunt. *Diction. Apoſt.*

THESIS V. *Pertranſijt benefaciendo & ſanando omnes.* Act. 10. v. 38. Sunt plurima millia hominum, quibus prodigiosè profuit *Oleum*, *Aqua*, *Effigies*, *Invocatio* S. Ignatij. Ita P. Georg. Gobat p. 2. c. 28. n. 432. His ego addo *Vita ſcripta* S. Ignatij, quæ quà lectione, quà impoſitione ægris ſanitatem reſtituit; atque ita concludo A. E. I. O. U. *Aqua*, *Effigies*, *Invocatio*, *Oleum*, *Vita* S. Igoatij plurimis profuerunt. *Auxiliū.*

THESIS VI. *Quicunque glorificaverit me, glorificabo eum.* 1. Reg. 2. v. 30. Sunt, qui obſervant, Sancto Ignatio adhuc in terris degenti Dotes Corporis glorioſi communicatas fuiſſe. I. *Claritatem*, cujus teſtes ſunt, qui illum cœleſti luce circumdatum oculis ſuis hinc inde viderunt. II. *Impaſſibilitatem*, quæ apparet ex hoc, quòd teſtimonio Medicorum, & Confeſſarij per miraculum vixerit. III. *Subtilitatem*, quando non diſcedendo ab Urbe Roma, in diſſitis locis præſens, & viſibi-

lis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

lis fuit, nunc Coloniæ, nunc in Indijs ad latus S. Xaverij. IV. *Agilitatem*, quis enim neſcit, quàm frequenter à terra in aërem multis elevatus cubitis tempore orationis viſus fuerit. *Lancicius in gloria S. Ign. c. 6. item Virgilius Nolarci in vit. c. 35.*

# FESTUM S. BERNARDI.

*Laus.* THESIS I. *In Vita ſua ſuffulſit domum, & in diebus ſuis corroboravit Templum. Eccl. 50. v. 1.* S. Bernardus conſiderari poteſt: I. Ut Egregius Defenſor Eccleſiæ. II. Ut Severus Cenſor Mundi. III. Ut Fidelis Dux ad Perfectionem. *Bretteville.*

*Spiritus.* THESIS II. *Ecce ego dabo ei Spiritum. Eccl. 37. v. 7.* I. In eo fuit *Spiritus Chriſti*, nam fuit Sapientiſſimus. II. *Spiritus Moyſis*, nam fuit Mitiſſimus. III. *Spiritus Eliæ*, nam fuit Zelantiſſimus. *La Selve feſto S. Franc. Saleſij.*

THE-

THESIS III. *Omnibus omnia fa- ctus.* 1. Cor. 9. v. 22. S. Bernardus I. Abbas eſt Solitarius converſativus. II. Contemplator activus. III. Mortuus vivus ad bonum omnium. *Cerizíers in Elogijs Sacris.* *Laus.*

THESIS IV. *Dilectus Deo & hominibus.* Eccl. 45. v. 1. S. Bernardus eſt I. Gratioſus apud Magnates. II. Plenipotentiarius in rebus ac negotijs maximè arduis ſæculi ſui. III. Oraculum Synodorum ac Conciliorum. IV. Inſtructor Pontificum. *Id. ibid.*

THESIS V. *Laus ejus in Eccleſia Sanctorum.* Pſ. 149. v. 1. I. S. Bernardus Abbas fuit Sanctus, qui per vitam ſolitariam *Seipſum* ſanctificavit. II. Sanctus, qui ſuos *Religioſos* per zelum ſuum, quo in illorum Perfectionem exarſit, ſanctificavit. III. Sanctus, qui Externos ſeu *Sæculares* puritate ſuæ Doctrinæ ſanctificavit. *Sanctus ſanctificans.*

THESIS VI. *Virtutes operantur in illo.* Marc. 6. v. 14. S. Bernardus fuit I. *Devotus,* cujus conſtantia nullis convitijs, & injurijs quaſſari potuit. *Conſtans.*

II.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

II. *Pœnitens*, cujus conſtantia nullo ri-
gore, & auſteritate vitæ commoveri
valuit. III. *In Charitate Perfectus*, cu-
jus conſtantia nulla injuſtitia, vel in
gratitudine concuti ſuſtinuit.

*Chriſto charus.*

THESIS VII. *Imitatores mei eſto-
te, ſicut & ego Chriſti.* 1. Cor. 11. v. 1.
I. *Conſolationes*, quibus abundavit
in ſolitudine, eum *Chriſto Solitario* Di-
lectum, & apud ipſum gratioſum o-
ſtenderunt. II. Mirabiles progreſſus
in *Pœnitentia*, ipſum *Chriſti Crucifixi*
Amicum intimum comprobaverunt.
III. *Victoriæ*, quas de ſua libertate in
medio Creaturarum reportavit, eum
gratioſum apud *Chriſtum Reſurgentem*
demonſtrârunt.

*Tentatio.*

THESIS VIII. *Quia acceptus eras
Deo, neceſſe fuit, ut tentatio probaret te.*
Tob. 12. v. 13. Deus permittit nos
tentari. I. Ad probandam noſtram Fi-
delitatem. II. Ad reparandos noſtros
Defectus præteritos. III. Ad augen-
dum noſtrum Meritum. IV. Ad de-
monſtrandam noſtram Imbecillitatem.
V. Ad obligandum nos ad Orationem,
ſeu petendum Auxilium. *Craſſet in
Conſid. Sabath. in Octava Pentec.*

FE-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# FESTUM S AUGUSTINI.

THESIS I. *Sicut tenebræ ejus, ita & lumen ejus.* Pſ. 138. v. 12. S. Auguſtinus opponitur Auguſtino : I. *Doctor* ſapientiſſimus Hæretico doctiſſimo. II. *Pœnitens* illuſtriſſimus Peccatori famoſiſſimo. III. *Amans* ſacer & ſanctus Amanti profano. *Vivien. Tertull. Prædic.* *Converſio.*

THESIS II. *Doctrinâ ſuâ noſcetur Vir.* Prov. 12. v. 8. Sunt Doctorum quidam I. Qui lucent, & ardent. II. Quidam, qui lucent, & non ardent. III. Quidam, qui ardent, & non lucent. IV. Quidam, qui nec lucent, nec ardent. *Hugo Card. in c. 10. Apoc.*

THESIS III. *Spiritus ſcientiæ & pietatis . . replebit eum.* Iſai. 11. v. 2. I. *Scientia Sanctorum* facit humiles, credulos, ſanctos. II. *Scientia Mundi* facit ſuperbos, incredulos, hæreticos. *Scientia.*

THE-

*Stella.* THESIS IV. *Stella enim à Stella differt in claritate.* 1. Cor. 15. v. 41. Sanctus Auguſtinus quaſi Stella I. Fulget *Luce Doctrinæ.* II. Fulget *Luce Vitæ* ſanctæ. III. Fulget *Luce Amoris Dei.* P. *Schedelich. p.* 4. *Exhort. fol.* 182.

THESIS V. *Vulnerâſti cor meum.* Cant. 4. v. 9. Cor Auguſtini vulneratum Sagitta duplici. I. *Timoris,* II. Et *Amoris,* *Dirkink in Exhort. fol.* 161.

*Teſtamentum.* THESIS VI. *Hæreditas mea præclara eſt.* Pſ. 15. v. 6. S. Auguſtinus diſcedendo ex hoc mundo nobis relinquit, quod Chriſtus aſcendendo in cœlum nobis reliquit. I. Filius Dei nobis reliquit ſuum *Spiritum* in Evangelio. II. Suum *Corpus* in Tabernaculo. III. Suam *Legem* in Eccleſia. S. Auguſtinus ſimiles Reliquias ſui Spiritûs, ſui Corporis, & ſuæ Regulæ reliquit. I. Sui *Spiritûs* in ſuis Scriptis. II. Sui *Corporis* in Altari. III. Suæ *Regulæ* in Ordine ſuo. *Durand.*

FE-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# FESTUM SS. NOMINIS MARIÆ.

THESIS I. *Nomen Virginis MARIA.* *Nomen B. V.*
Luc. 1. v. 27. Quinque ſunt literæ Nominis MARIÆ: M. Mater Univerſorum. A. Arca Theſaurorum. R. Regula Viatorum. I. Iaculum Inimicorum. A. Advocata Peccatorum. *Ita S. Antonin. p. 4. t. 15. c. 14. §. 3.*

THESIS II. *Nomen Virginis MARIA.* Luc. 1. v. 27. Nomen ejus ſicut & JESU efficaciſſimum eſt. I. Terrens Dæmones. II. Lætificans Angelos. III. Recreans Peccatores. IV. Et Accendens Juſtos. *Salmeron. tom. 3. tract. 4. de Incarnat.* *Efficax.*

THESIS III. *Nomen Virginis MARIA.* Luc. 1. v. 27. Non ſic timent hoſtes viſibiles hoſtium multitudinem copioſam, ſicut Aëreæ Poteſtates MA- *Terribile.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

RIÆ I. Vocabulum. II. Patrocinium. III. Exemplum. *S. Bern.*

*Figuræ.* THESIS IV. *Novi te ex Nomine.* Exod. 33. v. 12. I. *Eva* fuit figura ejus Innocentiæ. II. *Debora* ejus Generoſitatis. III. *Abigail* ejus Modeſtiæ. IV. *Lia* ejus Fœcunditatis. V. *Rachel* ejus Pulchritudinis. VI. *Judith* ejus Puritatis. VII. *Eſther* ejus Majeſtatis. VIII. *Ruth* ejus Humilitatis.

*Nomen Virginis præpotens.* THESIS V. *Pete Mater mea; neque enim fas eſt, ut avertam faciem tuam.* 3. Reg. 2. v. 20. Velocior eſt nonnunquam Salus memorato Nomine Virginis, quàm invocato Nomine Domini JESU; & quidem non ideò fit, quòd ipſa major, & potentior eo ſit; neque enim ipſe Magnus & Potens per eam, ſed illa per ipſum. S. Anſelm. *lib. de Excellentia Virg.* Et utriusque cauſam affert; nam I. Chriſtus Dominus, & Judex omnium, diſcernens merita ſingulorum, dum ſuo Nomine invocatus non exaudit, juſto judicio facit. II. Invocatus autem Nomine Matris ſuæ, & ſi merita invocantis non exaudiuntur, Merita Matris intercedunt,

dunt, & exaudiuntur. *Id. ibid. apud Diotallevi Dom. 5. poſt Paſch.*

# FESTUM EXALTATIONIS S. CRUCIS.

THESIS I. *Mihi autem abſit gloriari, niſi in Cruce.* Gal. 6. v. 14. An neſcis, quòd Crux Spiritualis æque digna ſit adoratione, quàm Materialis? una tetigerit Cor, altera Corpus Chriſti? Honora igitur Crucem tuam, Porta Crucem tuam, Ama Crucem tuam. I. *Honora illam*, quia Inventio Sapientiæ Divinæ eſt, quæ te per illam, tanquàm viam ſecuriſſimam, licèt occultam, ad Cœlum ducit. II. *Porta illam*, quia Opus eſt Divinæ Juſtitiæ, & tu peccatis tuis longè graviorem meritus es. III. *Ama illam*, quia Donum Divinæ Bonitatis eſt, Teſtimonium Amoris ſui, & Pignus ſecurum Salutis tuæ. *Craſſet in Medit. Feſto Invent. S. Crucis.*

*Crux honoranda.*

# FESTUM S. FRANCISCI Ser.

*Laus.* THESIS I. *Ponit humiles in ſublime.* Job. 5. v. 11. I. S. Franciſcus eſt *Judex mundum condemnans*, condemnat enim mundi ſuperbiam ſua humilitate, laſciviam ſua caſtitate, avaritiam ſua paupertate. II. Eſt *Atlas Eccleſiam ſuſtentans*, nam ſuſtentat, reparat, fœcundat. III. *Imago Chriſtum repræſentans*, repræſentat quippe Chriſtum Naſcentem, utpote Natus in ſtabulo, Viventem, utpote non habens, ubi caput reclinet proprium, Morientem, utpote inſignitus quinque vulneribus. *Vivien.*

*Vulnera.* THESIS II. I. S. Franciſcus *Vulneratis Pedibus* ambulavit. II. *Vulneratis Manibus* laboravit. III. *Vulnerato Pectore* vixit. Quis vidit unquam tale, aut huic ſimile? *Craſſet in Conſid. in feſto.*

*Redivivus.* THESIS III. *Stigmata Domini* JE-

JESU in Corpore meo porto. Gal. 6. v. 17. S. Franciſcus Redivivus in tot Franciſcis, nam Defunctis nova vita viventium imitatio eſt. I. *Generantur* iterum, cùm moribus concipiuntur. II. *Grandeſcunt*, cùm ſimilitudo perſeverat. III. *Moriuntur*, cùm ſimilitudo deſtruitur.

THESIS IV. *Nunquid conſideraſti Servum meum Job, quòd non ſit ei ſimilis in terra.* Job. 1. v. 8. I. Homo Simplex & Rectus. II. Et Timens Deum. III. Et Recedens à malo. Job. 18. Hem! Franciſcum vivis coloribus depictum!

THESIS V. *Vivo autem jam non ego, vivit verò in me Chriſtus.* Gal. 2. v. 20. Triplex Unio Franciſci cum Chriſto. I. Unio ſimilium inclinationum in Corde JESU, & in Corde Franciſci. II. Unio earundem Paſſionum in Corpore. III. Unio earundem Cognitionum in ipſorum Mente ac Spiritu. *Bretteville de S. Cath. Sen.* *Unio cum Chriſto.*

THESIS VI. *Qui ſe humiliat, exaltabitur.* Luc. 14. v. 11. I. Franciſcus *Laus.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ciſcus *Humilis* in vita jacuit. II. Franciſcus *Mirabilis* poſt mortem ſtat. III. Franciſcus *Glorioſus* in cœlo ſedet.

*Humilitas.*

THESIS VII. *Simplex & Rectus, ac timens Deum.* Job. 1. v. 8. I. Inter Sanctos non eſt reperire, qui oblatos honores tanta *Modeſtia* recuſavit. II. Qui tam magna operatus eſt tanta *Simplicitate*. III. Qui vilibus hominibus tanto *Gaudio* inſervijt, ac Franciſcus. *Diction. Apoſt.*

THESIS VIII. *Chriſto confixus ſum cruci.* Gal. 2. v. 19. I. Imago Crucifixi in Franciſco Renovata. II. In Franciſco Conſervata. III. In Franciſco toti mundo Communicata.

# FESTUM S. FRANCISCI BORGIA.

*Contemptus Mundi.*

THESIS I. *Fecit enim mirabilia in vita ſua.* Eccl. 31. v. 9. I. S. Fran-

Franciſcus Borgia in medio dignitatum & honorum vixit illorum inimicus. II. S. Franciſcus Borgia in dignitate & honore mortuus eſt illorum Victor.

THESIS II. *In vita ſua fecit monſtra.* Eccl. 48. v. 15. I. Vita ipſius in mundo prorſus Miraculoſa. II. Vita ipſius in Eccleſia omnino Apoſtolica. III. Vita ipſius in Religione verè Angelica. *Vita Sancta.*

THESIS III. *Miſit Deus ſpiritum filij ſui in corda veſtra.* Gal. 4. v. 6. Super S. Franciſco requievit Spiritus Chriſti, & quidem I. Spiritus Contemptûs reſpectu bonorum hujus mundi. II. Spiritus Amoris reſpectu hominum. III. Spiritus Odij reſpectu ſui ipſius. *La Selve feſto S. Franc. Seraph.*

THESIS IV. *Zelatus eſt pro Deo ſuo.* Num. 25. v. 13. I. Zelus ipſius, cùm ageretur de ſatisfactione Deo facienda, effecit, ut nullæ eum Mortificationes terrerent. II. Ut, cùm de Converſione peccatorum res eſſet, nullæ eum Reſiſtentiæ retinerent. III. *Zelus.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ut, cùm pro defenſione Eccleſiæ ageretur, nullæ Perſecutiones ipſum frangerent. *Diction. Apoſt. verbo Generoſus.*

*Laus.*

THESIS V. *Dans gloriam Deo.* Rom. 4. v. 20. I. Fuit *Sanctus*, qui per homagia ſibi tanquam Principi facta cognovit homagia Divinæ Majeſtati a ſe facienda. II. *Sanctus*, quem Dignitates, & Ratio ſtatûs non impediverunt ab exercitio Chriſtianæ Humilitatis. III. *Sanctus*, qui dignitatem Natalium ſuorum, & ſummos gradus magnitudine Virtutum ſuarum illuſtravit, & exornavit. *ibid.*

THESIS VI. *Glorificavit eum gloria magna.* 1. Mach. 14. v. 29. S. Franciſcus Borgia I. Fuit Terror Mundi. II. Fuit Conſolatio Eccleſiæ. III. Fuit gloria Religionis, ſeu Societatis JESU.

*Contemptus Mundi.*

THESIS VII. *Omnia detrimentum feci, & arbitror ut ſtercora, ut Chriſtum lucrifaciam* Philipp. 3. v. 8. S. Franciſcus Borgia fuit I. Contemptor Mundi. II. Contemptor ſui. III. Contemptor ipſius Contemptûs.

THE-

THESIS VIII. *Tu honorificentia Populi noſtri, quia feciſti viriliter.* Judith. 15. v. 10. Non ſatis eſt, quòd S. Ignatius Societatem fecerit *Sanctam, Sapientem*, & *Bellicoſam* ſicut Eccleſiam Dei; Neque ſatis eſt, quòd S. Xaverius eam effecerit *Apoſtolicam, Univerſalem, Miraculoſam*, & *Triumphantem* ſicut Eccleſiam Dei; decuit, ut S. Franciſcus Borgia eam redderet *Auguſtam, Immortalem*, & *Immenſam* ut Sponſam JESU Chriſti. I. Eccleſia eſt *Auguſta*, quia ut abſoluta Domina in Cœlo, ſuper terram, & in inferno imperat; S. Franciſcus Borgia primus Vice-Rex Societatem quaſi Regiam efficit, & ei coronas affert. II. Eccleſia eſt I*mmortalis*, quia filij ejus perpetuò ſibi ſuccedunt, & ſubſequuntur: S. Borgia Societati nova fundat, & erigit Collegia, ne filij Societatis deficiant. III. Eccleſia eſt *Immenſa*, quia omnis conditionis, & ſtatûs homines complectitur; S. Borgia Societatem ad bonum omnis conditionis, ſortis, & ſtatûs hominum extendit. *Durand. Character. Sanctor.* *Merita in Societatem.*

FE-

# FESTUM S THERESIÆ.

*Amor Dei.*

THESIS I. *Æmulor enim vos Dei æmulatione.* 2. Cor. 11. v. 2. S. Thereſi: Chriſti æmulatur amorem, I *Unione*, quia amor unit Thereſiam cum Deo, Proximo, Animabus in purgatorio. II. *Operatione*, quia operans Thereſiæ Amor Dei honorem zelat, Carmelum reformat, Eccleſiam fœcundat. III. *Paſſione*, quia patitur in honore, corpore, corde. *Vivien. in Tertull.*

THESIS II. *Non enim judicavi me ſcire aliquid inter vos, niſi JESUM.* 1. Cor. 2. v. 2. Thereſia eſt mera (ut ita loquar) *Jeſuiteſſa*, & tamen *Carmeliteſſa*. Hinc bene vocatur *Thereſia de JESU*, uti etiam *JESUS de Thereſia*.

THESIS III. *Amore langueo.* Cant. 2. v. 5. S. Thereſia I. Cum Amore moriens, ſcilicet Habituali. II. In Amore moriens, ſcilicet Actuali. III.

Ex

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ex Amore moriens, ſcilicet Cauſali: Talis fuit mors S. Thereſiæ.

THESIS IV. *Ero tecum, ubicunque volueris.* 1. Reg. 14. v. 7. S. Thereſia conſiderari poteſt in tribus locis. I. Thereſia in mundo. II. Thereſia in inferno. III. Thereſia in cœlo. Nam Deus ipſi oſtendit locum in inferno, quò perveniſſet, ſi amicitiam certam non abrupiſſet.

THESIS V. *Domine, quid me vis facere?* Act. 9. v. 6. Sancta Thereſia Sponſa, Virgo, Mater. I. *Sponſa* Chriſti, quam ſibi Crucis clavo devinxit. II. *Virgo* Deo devota. III. *Mater* Ordinis ſui, quem reformavit, atque ſic genuit. *Laus.*

THESIS VI. *Neceſſe fuit, ut tentatio probaret te.* Tob. 12. v. 13. S. Thereſia à Deo, ab hominibus, à dæmonibus, modo haud communi, tentata & probata fuit. I. A Deo per Deſolationes extremas. II. Ab Hominibus Perſecutionibus horrendis. III. A Dæmonibus Tentationibus perpetuis. *Craßet Conſid. hoc feſto punct.* 8. *Crux.*

THE-

THESIS VII. *Neceſſe fuit, ut tentatio probaret te.* Tob. 12. v. 13. I. Lumina, quibus Sponſus Divinus eam copiosè illuſtravit, non impediverunt eam, ne lumina Directorum ſuorum ſtrictè ſequeretur. II. Conſolationes, quas cordi ejus Deus infudit, non obfuêre, quin amaritudinibus animi purificaretur. III. Perfectiones Divinæ, quibus tota quanta occupabatur, eam non liberarunt à perferendo omnes proximi defectus. *Diction. Apoſt.*

*Sancti duplicis generis.*

THESIS VIII. *Per Patientiam, & conſolationem.* Rom. 15. v. 4. Deus duo genera Sanctorum habet: I. Alii qui ſunt Gratioſi, & privilegio patiendi quaſi exempti, quos Deus dulciter tractat. II. Alij ſunt, quos apparenter Deus negligit, & quaſi non aſpicit. Hoc ſecundum genus Sanctorum eos Primogenito Prædeſtinatorum Chriſto perfectiùs aſſimilat, utpote qui in terris non aliter viſus eſt, quàm ut injurias atque contemptum venaretur. Deinde illorum virtus minùs ſuſpecta S. Thereſiæ videtur, & extra dubium eos col-

collocat, utrum Deus, an ipſius dulcedines & beneficia eos Deo conjungat?

THESIS IX. *Qui habet Sponſam, Sponſus eſt*, Joan. 3. v. 29. I. Sponſus debet tradere *Cor* ſuum Sponſæ, ratione amoris. II. Aſſignare *Dotem*, ratione nuptiarum. III. Dare *Liberos*, ratione fructûs. Omnia hæc Chriſtus Thereſiæ, cui *Cor* ſuum donavit; *Clavum* crucis pro Dote aſſignavit; *Filios* & *Filias* Spirituales Ordinis ſui procuravit. *Sponſa Chriſti.*

THESIS X. *Perfecti decoris ego ſum*, Ezech. 27. v. 3. Merita S. Thereſiæ fuerunt incomparabilia, ſive ſpectentur *in Principio*, ſive *in Progreſſu*, ſive *in Fine*. I. Inceperunt nempe ab eo, quod plenam Juſtitiæ conſummationem in ſe comprehendit, intelligo vehemens Martyrij deſiderium, quod illam in ſeptimo ætatis anno paterna domo expulit. II. Hæc deinde incrementum acceperunt cum ætate per exercitium perfectiſſimarum virtutum, concepto voto ſemper, quod perfectius eſt, exequendi. III. Finem fecerunt in intima Poſſeſſione Dei ſui, *Virtutes.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

in omnibus ſuis actibus, ita ut illa Deo, & Deus ipſi eſſet Omnia. *Durand.*

# FESTUM B. STANISLAI KOSTKA.

*Innocentia.* THESIS I. *Beatus ille.* Luc. 11. v. 43. Tria Stanislaum declarant Beatum, & brevì declarabunt Sanctum. I. Innocentia Vitæ. II. Puritas Morum. III. Eminentia Virtutum.

THESIS II. *Beatus & Sanctus,* Apoc. 20. v. 6. Beatus, quia Sanctus; Sanctus, quia Beatus. Vel. I. Nunquam fuiſſet Sanctus, niſi fuiſſet Beatus, II. Nunquam fuiſſet Beatus, niſi fuiſſet Sanctus.

*Triplex homo.* THESIS III. *Erunt ſicut Angeli Dei.* Matth. 22. v. 30. Triplicis generis homines adverto. I. Homo-Deus. II. Homo-homo. III. Homo-Angelus.

lus. Licèt S. Auguſtinus *tract.* 4. *in Epiſt. S. Joan.* tantùm duo exprimat ita loquens: Ergo duas Nativitates attendite fratres, Adam, & Chriſtum. Duo ſunt homines, ſed unus ipſorum *Homo-homo*, alter *Homo-Deus*; Per Hominem-hominem peccatores ſumus; Per Hominem-Deum juſtificamur: Nativitas illa dejecit ad mortem, iſta Nativitas erexit ad vitam. Hactenus Aug. Ego autem tertium genus addo: *Homo-Angelus* nixus verbis, quæ Thebæus Ammon ſenex de juvene quopiam, qui in ſumma patientia in morbo ei ſerviit, protulit: *Hic juvenis non homo, ſed Angelus eſt.* Inhærendo etiam verbis S. Ambroſij l. 1. de Virginib. *Caſtitas etiam Angelos facit, qui eam ſervavit, Angelus eſt.*

THESIS IV. *Pretioſa in conſpectu Domini Mors Sanctorum ejus.* Pſ. 115. v. 15. Beatus Stanislaus I. mortuus eſt in Amore. II. Cum Amore. III. Ex Amore. Mors enim Sanctorum tripliciter contingere poteſt. *In Amore*, quando quis in *Habituali Amore*, qui animam ſanctificat, moritur: *Cum Amore,* *Mors.*

more, quando quis moritur in *Actuali Amore*, qui neque per dolores morbi, neque violentia mortis ſe à Deo ſeparari ſinit: denique *Ex Amore*, quando Amor eſt *Cauſa* mortis. Talis fuit mors B. Stanislai.

*Sanctitas.* THESIS V. *Beatus & Sanctus.* Apoc. 20. v. 6. Stanislaus Sanctus, antequam Beatus. I. Sanctus in Sæculo. II. Sanctus in Religione. III. Sanctus in Morte. IV. Sanctus in Cœlo.

*Amor.* THESIS VI. *Quia amore langueo.* Cant. 2. v. 5. Exemplo Beati Stanislai ſuadetur triplex Amor. I. Amor Dei. II. Amor Euchariſtiæ. III. Amor Beatæ Virginis. In quibus omnibus Stanislaus excelluit.

*Sanctitas.* THESIS VII. *Conſummatus in brevi explevit tempora multa.* Sap. 4. v. 13. I. Innocens in *Juventute*. II. Perfectus in *Novitiatu*. Chappuis S. J. *in medit.* 13. *Nov.* Addo ego: III. Sanctus in *Morte*.

FE-

# FESTUM S. URSUL. V. & M.

THESIS I. *Adoleſcentularum non eſt numerus.* Cant. 6. v. 7. Beatiſſima Virgo eſt Regina Martyrum, Regina Virginum, Regina Fidelium, hæc tria Regna communicavit S. Urſulæ, utpote, quæ *Regina* eſt plurium millium Fidelium, Martyrum, & Virginum. Ea tamen intereſt diſparitas; quòd omnes Chriſtiani, quorum MARIA Regina eſt, non ſunt *Martyres*: quòd omnes Martyres, quorum MARIA Regina eſt, non ſunt *Virgines*: quòd omnes Virgines, quorum MARIA Regina eſt, non ſunt *Prudentes*. Econtra omnes Chriſtianæ, quarum Urſula Regina eſt, omnes ſunt Martyres: omnes Martyres, quarum Urſula Regina eſt, ſunt Virgines: omnes Virgines, quarum Urſula Regina eſt, Prudentes, & Sanctæ ſunt. *Durand.* *Laus.*

THESIS II. *Non patietur vos ten-* *Tentatio.*

S *tari*

*tari ſupra id, quod poteſtis.* 1. Cor. 10. v. 13. Si tentaris, Fuge, Ora, Pugna. I. *Fuge*, ſi potes, nam fuga hæc non eſt ingloria, imò glorioſa, maximè in pugna Caſtitatis. II. *Ora*, ſi non potes fugere, ita Chriſtus conſulit, imò præcipit ſuis Apoſtolis in Monte Oliveti. III. *Pugna*, ſi tentatio non ceſſat, & quidem animosè quia Deus & auxilium præbet, & coronam promittit. *Nepveu in Reflexionib. Chriſtian.* 12. *Jul.*

# FESTUM S. FRANCISCI XAVERII.

*Cauſa Sanctitatis.* THESIS I. *Qui enim Sanctificat & qui Sanctificatur, ex uno omnes.* Hebr. 2. v. 11. I. Sanctus Xaverius fuit Sanctus, quem Preces Sanctorum converterunt. II. Sanctus, qui ſuis precibus alios Sanctos effecit. Prius conſtat ex oratione S. Ignatij, & Magdalenæ Sororis Patris ſui, Monialis San-

Sanctæ: poſterius patet inde, quòd ſuis precibus Martyres obtinuerit in Indijs.

THESIS II. *A finibus terræ laudes audivimus, gloriam Juſti.* Iſai. 24. v. 16. S. Xaverius videtur eſſe à Deo deſtinatus I. Ut Societatem faceret *Apoſtolicam*, quod fecit ut *Nuntius Apoſtolicus* ſua poteſtate & functionibus. II. Ut Societatem redderet *Univerſalem*, quod præſtitit ut *Miſſionarius*, & quidem Primus, ſuis itineribus & concionibus. III. Ut Societatem faceret *Miraculoſam*, quod obtinuit ut *Taumathurgus* ſuis miraculis & prodigijs. IV. Ut Societatem redderet *Beatam*, quod effecit primus è Societate *Beatus*, qui ſua gloria & felicitate cœleſti eam illuſtrat. *Durand.*

Ad hunc Sanctum dilaudandum faceret etiam Encomium illud, quod S. Gregorius Naz. de S. Baſilio concinnavit ſequentibus verbis: *Si omnes eum laudemus, ejus tamen meritis inferiores cuncti apparebimus; veluti qui Solem aſpiciunt, quamvìs unus alio plus, minúsve, omnes tamen videndo deficiunt.*

# FESTA COMMUNIA

# FESTUM MARTYRIS.

*Martyres varij.* THESIS I. *In occiſione gladij mortui ſunt.* Hebr. 11. v. 37. I. Sunt Martyres *Diaboli*, nempe Ethnici, Hæretici, ſcelerati Chriſtiani. II. Sunt Martyres *Sæculi*, qui patiuntur pro ambitione, & ſuperbia, voluptate, & laſcivia, terrena facultate, & opulentia. III. Sunt Martyres *Dei*, quos cauſa, pœna, forma commendat, quia pro Deo. *Vivien in Tertull.*

THESIS II. *Eamus & nos, ut moriamur cum eo.* Joan. 11. v. 16. Sancti Martyres reddiderunt Chriſto I. Dilectionem pro dilectione. II. Sanguinem pro ſanguine. III. Vulnus pro vulnere. *Id.*

THE-

THESIS IIII. *Calicem quidem meum bibetis.* Matth. 20. v. 23. I. Chriſtus communicat Martyrum Paſſionibus. II. Martyres communicant Chriſti Paſſionibus. III. Martyrum Paſſiones eædem velut habentur cum Chriſti Paſſionibus. *Id.*

THESIS IV. *Quis ergo nos ſeparabit à charitate Chriſti?* Rom. 8. v. 35. Sancti Martyres demonſtrârunt I. Fidem inconcuſſam. II. Spem arduam. III. Charitatem perfectam. *Id.* *Virtutes.*

THESIS V. *Gaudium meum, & corona mea.* Philip. 4. v. 2. Sunt Martyres felices, quia I. Chriſtum coronant. II. Eccleſiam coronant. III. Seipſos coronant. *Id.*

THESIS VI. *Reddidit Juſtis mercedem laborum ſuorum.* Sap. 10. v. 17. Martyres I. Fortunæ bonis nudantur; Gratiæ theſauris locupletantur. II. Morte mulctantur; Immortalitate donantur. III. Ignominiâ dehoneſtantur, Honore decorantur. *Vivien in Tertull.* *Nil perdunt.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Tria genera Martyrij.* THESIS VII. *Deus nos . . . oſtendit tanquam morti deſtinatos.* 1. Cor. 4. v. 9. Tria ſunt genera Martyrij I. In ſanguinis effuſione. II. In carnis maceratione. III. In Proximi compaſſione. *Petrus Bleſſ. ſerm.* 38.

THESIS VIII. *Repoſita eſt mihi corona Juſtitiæ.* 2. Tim. 4. v. 8. Quivis Martyr cum S. Paulo dicere poteſt : I. *Bonum certamen certavi*; nam ejus certamen fuit glorioſum. II. *Curſum conſummavi* ; nam ejus curſus fuit perfectus. III. *Fidem ſervavi*; Nam ejus fides fuit admirabilis.

*Aut Martyres, aut Tyranus.* THESIS IX. *Beati, qui perſecutionem patiuntur propter Juſtitiam.* Matth. 5. v. 10. Vel Martyrem, vel Tyrannum ages ; vel perſecutionem inſtitues , vel perſecutionem ſenties in hoc Mundo , ubi non ſunt niſi Tortores & Torti. *Vide Conſid. P. Craſſet. fer. 2. poſt Dom. 6. poſt Paſc.*

*Pati bonū.* THESIS X. *Ibant gaudentes à conſpectu Concilij, quaniam, &c.* Act. 5. v. 41. I. Nihil glorioſius, quàm pati. II. Nihil dulciùs , quàm pati. III. Nihil ſalubrius, quàm pati. IV. Nihil

Nihil magìs Neceſſarium, quàm pati. *Craſſet. feria 3. poſt Dom. 6. poſt Paſca.*

THESIS XI. *Quis ergo nos ſeparabit à charitate Chriſti?* Rom. 8. v. 35. Petrus & Paulus una die, uno in loco, unjus Tyranni toleravêre ſententiam .... Dies ergo puto pro merito, locus pro gloria, perſecutor decretus eſt pro virtute. *S. Maximus Epiſc. hom. 5. de SS. Apoſt. Pet. & Paul. paulò poſt init.* *Plures Martyres.*

THESIS XII. *Generoſitatem illius glorificat* Sap. 8. v. 3. I. Fuit Martyr, qui mortem glorioſam meritus eſt ſuâ bonâ vitâ. II. Fuit Martyr, qui Vitam ſecundam meritus eſt generoſitate ſua. *Diction. Apoſtolic.* *Merita.*

THESIS XIII. *Eamus & nos, ut moriamur.* Joan. 11. v. 16. Sex motiva ſunt libenter moriendi, quorum tria Deum reſpiciunt, tria noſtrummet commodum. I. Primum eſt, quia noſtra mors procurat *Gloriam Dei,* qui eſt Arbiter vitæ & mortis noſtræ: ſecundum, quia mors noſtra ſatisfacit *Juſtitiæ Divinæ*: Tertium, quia *Amorem ſuum* erga nos, quantum poteſt, rependit. II. Quartum, quia mors fi- *Mors optabilis.*

*nem* facit *miſeriarum* hujus vitæ: Quintum, quia nos liberat à *periculis peccatorum*: Sextum, quia eſt tranſitus ad *meliorem vitam*. *Craſſet de Bona morte, c. 2.*

# FESTUM CONFESSORIS.

*Imitatio Sanctorũ.* THESIS I. *Mortuus erat, & revixit,* Luc. 15. v. 24. Sancti reviviſcunt in nobis per Imitationem. I. *Generantur* enim, cùm moribus concipiuntur. II. *Grandeſcunt*, cùm ſimilitudo perſeverat. III. *Moriuntur*, cùm ſimilitudo iterum deſtruitur.

*Laus.* THESIS II. *Omnia ſimul in te Uno habentes* Tob. 10. v. 5. Adeſte Mortales, & encomium mecum illius conficite; Moderatorem, qui thronis inſideris; Plebei Legislatorem; Literarum Studioſi Præceptorem; Virgines Pronubum; Conjugatæ pudicitiæ Magiſtrum, omnes Patronum honorate. *S. Gregor. Naz. de S. Baſilio.*

THE-

THESIS III. *Magnificavit Dominus Joſue coram omni Iſraël.* Joſue 4. v. 14. I. Magnus Officio. II. Magnus Merito. III. Magnus Prœmio. IV. Magnus Suffragio. Primum & ſecundum in terris, tertium, & quartum in cœlo. *Laus.*

THESIS IV. *Memoria Juſti cum laudibus.* Prov. 10. v. 7. Cujus tota vita (ſcilicet Hieronymi) Studium, Pœnitentia, Morbus.

THESIS V. *Paſcet unusquisque eos, qui ſub manu ſua ſunt.* Jerem. 6. v. 3. Triplici fructu paſcit Domini gregem. I. Paſcit *Vitâ.* II. Paſcit *Doctrinâ.* III. Paſcit *Interceſſione.* *S. Bern. ſerm. de S. Benedicto.*

THESIS VI. *Imitatores mei eſtote.* 1. Cor. 4. v. 16. Imitatio Sancti eſt generatio alterius Sancti. I. Aliqui Sanctos *admirantur.* II. Aliqui Sanctos *imitantur.* III. Aliqui nec admirantur, nec imitantur. *Imitatio.*

THESIS VII. *Benefacite his, qui oderunt vos.* Matth. 5. v. 44. I. Zelus hujus Sancti meretur admirationem,

quando ex inimicis fecit amicos Veritatis. II. Patientia ipſius meretur admirationem, quando inimicis ſuis ceſſit, qui ipſi intulerant mortem. *Diction. Apoſt.*

THESIS VIII. *Dans gloriam Deo.* Rom. 4. v. 20. I. Sanctus hic unicè quæſivit gloriam Dei ſuo Labore ac Studio. II. Purificavit verbum Dei ſua Oratione. III. Confirmavit ſua bona Vita. *Id.*

# FESTUM VIRGINIS.

*Caſtitas triplex.* THESIS I. *Eò, quòd Caſtitatem amaveris.* Judith 15. v. 11. I. Bona Caſtitas *Conjugalis.* II. Melior Continentia *Vidualis.* III. Optima Perfectio *Virginalis.* *Beda hom. in 1. Dom. Epiph.*

*Virginitas theſaurus.* THESIS II. *Simile eſt Regnum Cælorum theſauro abſcondito.* Matth. 13. v. 44. I. Quæ cura & labor, donec quis

quis theſaurum ſibi comparet ? II. Quæ ſolicitudo, & anxietas, ut quis eum conſervet ? III. Quæ formido, & timor, ne eum perdat ? IV. Quis dolor, & deſolatio, ſi eum perdidit. Hic theſaurus Virginitas eſt.

THESIS III. *Quinque prudentes.* Matth. 25. v. 2. Sunt illæ, quæ ſenſus cuſtodiunt. I. Quæ Viſum. II. Quæ Auditum. III. Quæ Guſtum. IV. Quæ Tactum. V. Quæ Odoratum ab omni inordinatione conſervat. *Virgo ſit Virginis & auditus, & viſus, & guſtus, & tactus, & odoratus, motúsque omnis.* Inquit S. Antoninus P. 3. t. 2. c. 2. §. 7. *Virgines prudentes.*

THESIS IV. *Quinque fatuæ.* Matth. 25. v. 3. Hæ ſunt: I. Feſtinantes ad Nuptias. II. Non æſtimantes theſaurum. III. Corpore tantùm, & non mente. IV. Periculo ſe exponentes. V. Sibi & non Deo tribuentes. *Fatuæ.*

THESIS V. *Virgines enim ſunt.* Apoc. 14. v. 4. Amor Chriſti in Virgines probatur ex eo. I. Quod fecit *Deo charæ.*

cit Virginibus. II. Virginum Parentibus. III. Virgini Virginum MARIÆ.

*Amoris certamen.* THESIS VI. *Diligis me plus his?* Joan. 21. v. 15. Certamen Sanctum inter & profanum Amorem; ſeu Problema: Quis in theatro humani cordis alterum ſuperaverit in Dilectione ſui Objecti? *Vide ſis P. Knellinger in Dominicali part. 1. n. 143. & 414.*

*Virgines Angeli ſunt.* THESIS VII. *Erunt ſicut Angeli Dei.* Matth. 22. v. 30. I. Angeli appellari poſſunt *Virgines Cœli.* II. Et Virgines noſtræ *Angeli Terræ*, cum hoc diſcrimine, quòd Angeli terræ adhuc in via mereri poſſint, & Virgines Cœli ampliùs in via mereri non valeant.

THESIS VIII. *Adoleſcentiarum non eſt numerus.* Cant. 6. v. 7. Poſtquam Deus è Virgine natus eſt, inquit S. Hieronymus, Virginitas & Sanctitas magis abundavit inter Fœminas, quàm inter Viros.

*Pretium Virginitatis.* THESIS IX. *Dux Virginitatis meæ tu es.* Jerem. 3. v. 4. Tria ſunt, quæ Virginitatem attollunt, & æſtimabi-

lem faciunt; ſcilicet: I. Quia eſt Bonum *Rarum.* II. Quia eſt Bonum *Fragile.* III. Quia eſt Bonum *Irreparabile. Diotallevi de Beneſic. Divin. Conſid.* 23. *de Virginit.*

